



Syntaxis Ioannis Despauterii

<https://hdl.handle.net/1874/422376>

SYNTAXIS

IOANNIS DESPAVTERII,

à Sebastiano Duisburgensi in absolutissimam methodum redacta.

Item libellus de reciprocis, ac ordine in declaratione grammatica seruando,

Adiectus est per eundem, de syncategorematis, de proprietate graduum comparationis, & de speciebus numeri libellus utilissimus.



IOANNES GYMNICVS EX-
cudebat Coloniae Anno M.D.XXXIIL

SYNTAXIS

IOHANNIS DE BEAVTERII

...

...

...

...

...

...

...

...



IOHANNIS GYMNICVS BK
...

SEBASTIANVS DVIS

BVRGENSIS, HENRICO RISV

ulchio præclaræ indolis adoles

centi S.D.

Quanta optimæ spei adolescens, Ioannis Des
spauterij hac causa, quod summam grama
matices carmine complexus est, sit præstantia ac
utilitas, omnium recte instituendæ pubis artificum
suffragia comprobant. At neminem, qui eius opera
uel unquam uidit, ignorare arbitror, quàm in oras
tione soluta non obseruarit Horatianum illud: *Quic
quid præcipies esto breuis.* Cum autem tot scholis
sit receptus, & uix ullus tum discipulus, tum etiam
præceptor reperiatur, quin ex immodica commenta
riorum diffusionem nauseam contrahat, diu summis
desyderijs aliquem expectaui, qui Syntaxin diligen
ter accisam, in communem utilitatem exhiberet. At
que istud ipsum quia cognoui semper uoluisse Ioana
nem Gymnicum, non destiti aliquandiu, eam in con
pendium redactam, quotidianis ferè efflagitationi
bus ex eius officina requirere. Sed ubi nec ipse ullius
industria, uoti redderetur compos, existimans quod
ab alio expectarem me posse, uehementer est adhor
tatus, ut Aesopici segetum domini exemplo arre
pta falce, proprias tandem manus operi admouerè,
ex horrida, in qua non sine tædio quotidie uersarer
sylvæ spinas refecarem, expeditioremq; studiosis ad
metam properantibus pararem uiam. Hic cum in re

A J literas

EPISTOLA

literarum candidatis tam frugifera, homini amicis-
 simo meam operam negare, uerecundia prohiberet,
 quod sine intermissione postulabatur sum aggressus,
 & sedulae apicis in morem, intorta peruolitans dume-
 ta, hoc est, sterilissima quaeque excutiens, quaecumque in-
 ueni rudioribus necessaria, in hanc methodum colle-
 gi. Quam Risuichi studiosissime tibi dicatam in lu-
 cem prodire uisum est, ut qui maiorum tuorum in-
 sistens uestigijs, maximum (ut spero) Reipub. Chris-
 tianae olim allaturus es commodum, nunc quoque ha-
 beas aliquid, quod multis de causis tibi debitum, haud
 parum studiosis profuturum esse confido. Atque uti-
 nam illi minima tantae diligentiae portiuuncula hunc
 lectitent libellum, quantam in te recte instituendo
 ab Ioanne Altenano adhiberi animaduerto: fassuros
 olim omnes sperarem, se nec plenius, nec facilius ex
 alio ullo constructionem imbiberere potuisse. Ne uero
 quis putet opus illud immensum absolutius esse, mul-
 toque plura de Syntaxi in scholis praelegenda comple-
 cti, praemonitos omnes uelim lectores, ipsum fateri
 Despauterium se multis id permiscuisse, in quibus se
 nugari ait, non ad institutionem puerorum, sed ex
 more suae aetatis grammaticistarum. Hinc colligat ali-
 quis, officiant ne magis in grammaticis praecipis,
 quam profunt, uitio temporis accommodata, non eis
 quibus sunt composita. Habet autem moles illa & aliis
 inutilis plane prolixitatis causas, quas quonia[m] me-
 diocri iudicio saltem praeditus perspicere potest, non cen-
 seo ope

N V N C V P A T O R I A .

seo operæ pretium eas enumerare. Nunc ergo expo-
 nam paucis, quæ uelut Thesei filium secutus, hoc cõ-
 pendium quàm potui commodissime digesserim: quo
 etiam melle amaritudinem, quam in radicibus artiu
 esse dicebat Isocrates, reddiderim tolerabiliorẽ: Pri-
 mum, ut reiectis superuacuis, quæ ad syntaxim perti-
 nent, lucidius connecterem, oscitanter dicta uel mus-
 tarem, uel complem, fusiùs citra utilitatem sparsa
 contraherem, non solum meis necessario sepe sum-
 usus uerbis, uerum etiam appendicibus & annota-
 tiunusulis commentarios passim distinxim. Secundo,
 quia exempla præceptorum sunt lumina, sublatis sæ-
 pe otiosis, è probatis scriptoribus permulta deprom-
 psi conuenientissima, quæ dictu mirum, quantam sint
 allatura pueris in ediscendo tædij relaxationem, quã
 tum in sermone familiari, ac stili exercitationibus
 sint profutura, quantum deniq; ad honestos mores
 formandos ualeant: cum fere nullum sit, quin præter
 exquisitam elegantiam insigni sententia splendeat,
 & aut memorabili historia, aut lepida fabula iocõe
 delectet. Quæ tertia mihi fuerit cura, breuiter expe-
 dire non possem. In summa: Versibus quia nihil com-
 pendiosius, nihil ad firmandam memoriam utilius
 scribi potuisset, paucissimos omisi, multa deprauate
 impressa ubiq; correxi, ordinem sæpius in prosa cõ-
 mutauim. In duobus præcipue locis incredibilem im-
 pendi laborem. Congesserat Deshauterius penè oĩa,
 quæ Lauren, Valla, Perottus, Calepinus & alij de
A ij præposita

EPISTOLA

præpositionibus habent, quibus diligenter collatis,
 ut præpositionum uis notabilior elucesceret, cognas
 eas cognatis adiunxi, contrarias opposui contrarijs,
 reieci nihil ad rem facientia, partim usu discenda,
 partim prouectioribus ex ipsis fontibus haurienda.
 Secundum locum hac ratione tractaui. Coniecta erat
 ad finem datiu, uerborum uariæ constructionis con-
 geries, ordine tantum alphabetico digesta: huic ne
 quid relinquerem spatij, quedam regulis ad quas per-
 tinebant inserui. Reliqua cum multis alijs, que incer-
 tis sedibus dispersa deprehendi, in postremam Syn-
 taxis datiu regulam contuli: ubi quo commodiorem
 haberent locum, duobus hemistichijs præpositiones
 à quibus incipiunt, carminibus apposui. Hac equidẽ
 parte, mihi uideor, Desputerij opus non diminutũ
 esse, at generalis præcepti amplitudine adauctum,
 quod ne Erasmus quidem omisit, in eo quem castiga-
 uit libello, quem si legas, inuenies uerba quedam à
 post composita, que quia comparationis uim tenet,
 accusatiuum cum datiuo admittunt, atq; ob id alium
 in hac methodo sortita sunt ordinem. Plura non li-
 bet exequi ne præfatio in librum procurrat. Hunc
 nostrum mi Henrice, pro tua singulari modestia bo-
 ni consule conatum: ac perge queso, diuina ingenij
 tui maturitate eniti, ut tuorum omnium de te expe-
 ctationi respõdeas. Vale. Colonia ex Gymnasio Mõ-
 naco, Anno M.D. XXXIII, XIII. Calẽd. Aprilis.

Q V I D S I T

GRAMMATICA ET VN-

de dicatur.



GRAMMATICA est ars re-gramma
cte scribendi, recteq; loquen-
di, poetarum enarrationem
continens: omnium scientia-
rum fons uberrimus. Hęc ars
à literis incipit, unde gram-
matica dicitur quasi literatu-
ra: γράμμα namq; literam significat.

Diuisio grammaticæ.

Grammatica, ut definitio indicat, est duplex: *Diuisio græ*
Methodice & historice. *matice*

Methodice recte loquendi & scribendi præcepta *methodice*
continet.

Historice est poetarum enarrandi scientia. Omnes *historice*
scriptores hic poetarum uoco, quod fecit & ipse Quin-
tilianus libro primo de institutione oratoria. Nec
refragatur nominis etymologia: ποιῶ enim, facio,
fingo significat. Fingit autem omnis scriptor.

Diuisio methodices.

Methodice grāmatica uersatur circa quatuor, *Diuisio metho*
literam, syllabam, dictionem & orationem. Sunt *dicib*
igitur totidem eius partes:

Orthographia, cui debetur litera,

Profodia, cui syllaba,

Etymologia, cui dictio,

Syntaxis, cui oratio curæ est.

DE SPAVTERII

Orthographia

Orthographia est recte scribēdi p̄tia: ut Chry-
sostomus cū ch & y græco. Dicitur ab ὀρθός, rectus,
& γράφω, scribo; quasi recta scriptura.

Profodia

Profodia carminis est & accentus motitia: ut Si-
mon genituo Simonis penultima longa. Profodia
latine dicitur accentus, ἀ τρὸς, id est, ad, & ὠδή, can-
tus, carmen.

Etymologia

Etymologia est scientia ostendens ueram di-
ctionum originem cum reliquis accidentibus: ut
rex à rege descendit. Etymologia ab ἔτυμος, id est,
uerus, & λόγος, sermo, uerbum, dictio, ratio. Quidā,
teste Fabio, hāc partem originationem uocauere.
Cicero ἔτυμολογίας uertit ueriloquium, quod uerbū
ut durum, ipse qui finxerat fugit, & suauius nota-
tionem appellauit. Quia nomen eius apud Aristo-
telem inuenitur σύμβολον, quod est nota.

Syntaxis

Syntaxis, quæ latine constructio dicitur, est cō-
grua dictionum in oratione ordinatio. Deriuatur
ἀ συντάττω, id est, ordino, compono, construo. Est au-
tem dictionum ordinatio tripliciter congrua: uel
uoce tantum, ut populus cantat: uel sensu tantum,
ut populus cantant: uel uoce & sensu simul, ut Pe-
trus ambulat.

*Syntaxeos
accidentia*

Syntaxeos accidentia.

Syntaxi siue constructioni accidunt duo: Con-
cordantia & regimen.

*Concordantia
quid.*

Concordantia est debita partium orationis con-
uenientia, in genere, numero, casu uel persona.

*Regimen
quid.*

Regimen est certi casus exigētia, de casus natura
nihil auittētis: ut exigētia accusatiui in uerbo amo
est re

S Y N T A X I S.

est regimen, quia dicimus amo literas. Addidi de casus natura nihil amittentis, propter casus aduerbialiter positos, quia fere totam naturam casus & nominis amittunt: ut uado Romam.

Omnes partes orationis regunt præter coniunctionem: ut, Oculi domini super iustos. Hæc uoluerunt regunt *duæ partes orationis regunt*

Tres solum partes regunt & reguntur: nomen, pronomen, & participium: quia casus tantum regitur. Sola coniunctio nec regit, nec regitur, suam naturam seruans. Sed de regimine plura post concordantiam.

Triplex concordantia.

Concordantia est triplex: adiectiui & substantiui, relatiui & antecedentis, uerbi cum nominatiuo à fronte recto. In hac ultima cõcordantia quia etiã est regimen, de ea tractabimus in regimine nominatiui.

Concordantia triplex

SYNGRAMMATICES DE SPAVTERIANAE LIBER OCTAUIUS IN METHODUM REDACTUS, DE CONCORDANTIA & REGIMINE.

Adiectiui & substantiui concordantia, *Concordantia adiectiui et substantiui*

Mobile cū fixo gñe et casu numeroq; conueniat, nomen sic uult cognomini adesse.

Adiectiuum & substantiuum esse debent eiusdẽ
A y gene

DESPAVTERII

generis, casus & numeri: ut *sæuus uitricus*, iniusta
uouerca, turpe uitium.

Adiectiuum quid

Adiectiuum triplex

Adiectiuum est, quod substantiuo adijcitur, si-
 ne quo sensum non perficit. Triplex est adiectiuum:
 nomen, ut *bonus*: pronomen, ut *meus*: participium,
 ut *factus*. Adiectiuum uocauim mobile, quia de ge-
 nere in genus mouetur.

Substantiuum quid

Substantiuum est, quod adiectiuo substat. Id fir-
 xum uocatur, quia firmum est, nec mouetur de ge-
 nere in genus.

Annotatiuncula.

*Adiectiuum substa-
 ematum*

Quod dicit Cicero, Omnium rerum mors est ex-
 tremum; id datam regulam non impugnat, quia
 adiectiuum in neutro genere saepe fit substantiuum,
 & plerumque declaratur, uel per nomen res, Vergil.
Varium & mutabile semper forma, id est, res ua-
 ria & mutabilis. Vel per nomen pars: ut *frigidissi-
 mum hominis est cerebrum*, id est, pars frigidissi-
 ma. Vel per nomen quod dialectici abstractum uo-
 cant: *seruantissimus æqui*, id est, æquiritatis. Huc per-
 tinet illud Vergilij:

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum.

Sic Ouidius:

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

*Nominis et cog-
 nomini concordantia*

Nomen sic uult cognomini adesse. Nomen & co-
 gnomen concordant in genere, casu & numero, si-
 cut adiectiuum & substantiuum: ut *Pontius Pila-
 tus*, *Simon Petrus*.

Appendix.

Idem

SYNTAXIS.

Idem de prænominibus & agnominibus dicendum est
ut Marcus Tullius Cicero. Publius Vergilius Ma-
ro Scipio Africanus.

Quatuor sunt igitur propriorum nominum ^{propria nomina}
species: Nomen, prænomen, cognomen, agnomen. ^{quatuor sunt}

Nomen est proprium singulorum uocabulum: ^{name}
ut Pontius, Tullius, Vergilius, Simon.

Prænomen est, quod honoris causa preponitur: ^{prænomen}
ut Marcus, Publius, Titus, Quintus.

Cognomen est familiae et cognationis nomen: ^{cognomen}
ut Cicero, Maro, Naso, Scipio, Nero, Pilatus, Cor-
nellius.

Agnomen est, quod ab euentu quodam acqui- ^{agnomen}
ritur: ut Naso, à nasi magnitudine. Cæsar, à cæso ma-
tris uentre. Africanus, à deuicta Africa. Agno-

mina sæpe abeunt in cognomina: cognomina ue-
ro deinde in nomina. Præterea cognomen & co-

gnomentum, pro agnominibus aliquando capimus.
Cicero: Scipio ille cui Africano fuit cognomen.

Idem: Teque non cognomentum solum Athenis de-
portasse, sed humanitatem & prudentiam intelligo.

De cognominibus adtribuendis præceptum. <sup>Cognomina
non formantur</sup>

Cognomina sumpturus à locis, aut etiam aliunde,
dices: Terentius Apher, non de Africa. Ioannes

Pontanus, Paludanus, Montanus, nequaquam, de pōte,
palude &c. Item dices: Petrus Pauo. Martinus Ma-

gister. Iacobus Faber. Ioannes Albus: non pauo-
nis, magistri, fabri, albi. Horum omnium hæc

est ratio, quia nomen & cognomen ad eandem rem
pertinent, quod sanè non significatur, si dicas,

PETRVS pauonis, pro Petrus Pauo: Fabius
picto.

DE SPAUTERII

pietoris, pro Fabius pietor. Si autem dicas, Ioannes lupus: iam lupus non significat bestiam, sed hominem.

proceptum Erasmi

Præceptum II. ex Erasmo.

Barbara & sono absurda uocabula, uel hominum, uel locorum, uel familiarum, aut latinis graecisue uocibus reddenda sunt, aut in latinam faciem commode deslectenda, ut ab idiotis etiam uulgatum nomen agnoscat: ut cum pro Barbir, quod uulgo tonsorem sonat, Barbirium dicimus: pro Bussid, Bussidium: pro Lang, Langium: pro Despauter, Despauterium.

Annotatiuncula ex eodem.

Præter ueterum consuetudinem faciunt, qui patrum nomen cognominis uice subiiciunt: ut si quis Antonium Dionysij filium, Antonium Dionysium appellet. Cæterum qui parentis uocabulum gignendi casu subnectunt, magis referunt Hebræorum consuetudinem, quam Romanorum: Iacobus Alphæi, Ioannes Zebedæi. Hæc Erasmus. At Seruius sic ait: Figura est graeca si dicamus, Aeneas Anchisæ, & subaudiamus filius: Hac autem figura utimur circa patres, & circa maritos tantum: ut Verg. Deiphobe Glauci, subauditur filia. Hecctoris Andromache, intelligitur uxor. Hæc Seruius. Dicimus tamen etiam, Eusebius Pamphili scilicet amicus.

*figura graeca
Erasmi amicus*

Concordantia relatiui & antecedentis.
Pone relatiuum cū præcedente in eodem
Et gñe, & numero, nec nõ persona in eadẽ.
Relatiue

S Y N T A X I S.

Relatiuum & antecedens concordant in genere, numero & persona: ut ego gaudeo, qui locupletibus genitus sum. Non fles tu, qui amisisti patrem. Prouerb. 28. Homo qui confidit in corde suo stultus est. Posui particulam in persona, quia licet relatiuum per se nullius sit personæ tamen statim ut cum antecedente ponitur, capit antecedentis personam, & ita semper conueniunt in persona: ideo dices, Tu laudandus es qui studes, non qui studet: quia sic uel relatiuum ab antecedente, uel uerbum à nominatiuo à fronte recto in psona discordaret.

*relatiuum et om
sequens concordantia*

Annotatiuncula.

Eleganter interdum antecedens intelligitur.

Horatius:

Argentum, uestes getulo murice tinctas
Sunt qui non habeant, est qui non curat habere.

Iuuenalis:

Sunt quibus est sola uiuendi causa uoluptas.

Relatiuum quid sit, & quotuplex.

*relatiui & simi
tio*

Relatiuum est, quod rem antedictam refert, id est, repetit: ut qui, quæ, quod. Duplex est relatiuum substantiæ & accidentis.

Duplex relatiuum

Relatiuum substantiæ quid, & quotuplex.

*relatiuum substantiæ
quod.*

Relatiuum substantiæ est, quod refert antecedens substantiuum. Publius: Homo qui in homine calamitoso est misericors meminit sui. Relatiua substantiæ sunt, qui, quæ, quod, is, suus, ipse, sui, ille, idem, alius, alter, reliquus, cætera & cæterum. Nominatiui quis & quid nunquam relatiue capiuntur.

*relatiuum substantiæ
quod duplex*

Duplex est relatiuum substantiæ, similitudine

*relatiuum substantiæ
& similitudinis*

DE SPAVTERII. litudinis & diuersitatis.

Similitudinis est, quod idem cum suo refert antecedente: Et sunt hæc, qui, quæ, quod, is, suus, ipse, sui, ille, idem.

*relatiuum substantiæ
diuersitatis*

Diuersitatis est, quod refert antecedens diuersum quidem à consequente cum quo concordat, sed tamen sub eodem genere uel specie naturæ comprehensum: ut amo laurū & cæteras arbores. Hinc infertur laurum esse arborem, uerum à cæteris arboribus diuersam. Relatiua diuersitatis sunt, alius, alter, reliquus, cætera, cæterum: cæter aut cæterus non dicitur. His relatiuis nunquam utemur, nisi ostendere uelimus, antecedens eiusdem esse generis uel speciei cum eo quod consequitur. Propterea caue dicas, Iudæi crucifixerunt Christum inter duos alios latrones: quia sic loquens dicit Christum fuisse latronem.

*relatiuum accidentis
ut quid*

Relatiuum accidentis quid.

Relatiuum accidentis est, quod refert antecedens adiectiuum: ut sum albus, qualis est pater. Huiusmodi sunt, qualis, quantus, quot, quotus, quotennis, quotuplus, quotuplex, cuius, cuas: Ponit hæc Priscianus, quorum tamen quædam, nisi apud grammaticos, nusquam legi. Hic rursus sciendum est, relatiua accidentis ad datam regulam non pertinere, quia semper cum consequenti concordant in genere, numero & casu: ut Catherina est pulchra, qualis est eius filius, uel quale est eius mancipium. Idem faciunt relatiua substantiæ diuersitatis, ut eorum definitio indicat, & unum similitudinis.

SYNTAXIS.

dimis, sinus: ut Trahit sua quæq; uoluptas: Publius
mimograph. Auarus ipse, miseræ causa est suæ.

De relatiuo regula oratoria,

Quando relatiuo præcedēs subdis, eodem
Ponatur casu, quia uerbo dantur eidem:

Quem scribo librū bonus est, ornatī^o aīo,

Quam librū quē: nā raro reperim^o in usu.

Quando rela iuum qui, quæ, quod, præponitur an

tecedenti, sic ut antecedens cum eodem uerbo con

struatur, Latine & eleganter in eodem ponuntur

casu: ut quas ad me dedisti literas fuerunt elegan

tes & iucundæ. Quam legis historiam, est lepida.

Terent. Quas credis esse has: non sunt ueræ nuptiæ.

Idem: Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.

Quintil. Non sustineo eosdem expetere, ne quos

porrexerim cibos uenena flant. Ponit hanc regu

lam Valla, & doctissimi quiq;

Si autem antecedens in eodem casu præcedat,

erit quidem oratio figurata, minus tamen elegans,

& rarior apud probatos. Verg. Urbem quam sta

tuo uestra est. Orator dixisset teste Valla: Quā ur

bem statuo uestra est. Plaut. Naucratem quem cō

uenire uolui, in naui non erat. Hanc orationem, et

omnes huc pertinentes sic expone, per expressio

nem alicuius subauditæ particulæ: Quem Naucra

tem conuenire uolui, is in nāui non erat. Idem: Pa

tronus qui uobis fuit futurus, perdidistis. Ordina

Qui patronus fuit uobis futurus, eum perdidistis.

Istam ordinationem tradit Donatus.

regula oratoria

Alia regula

DE SPATIIS

Secunda de relatiuo regula oratoria.

Si referens ponas inter generū uariorum
Casus, haudq; sequens fuerit proprium, da
bis ut uis.

Si propriū fuerit, referēs cōforme fit illi.

Secunda regula
oratoria & rē
latino

Quotiescunq; relatiuū qui, quæ, quod, ponitur
inter casus diuersorum generum, & sequens fuerit
nomen appellatiuum, poterit concordare cū utro si
bet: si uero sequens sit nomen proprium, cum eo
cōcordabit. Prioris partis exempla. Cicero primo
de legibus: Animal plenum rationis & cōsiliū, quē
uocamus hominem. Idem: Quibus tandem gradi-
bus Romulus in cælum ascendit? His ne, quæ isti
appellant bonæ? Omnes tenues atq; humiles, quæ
maxima in populo multitudo est, sibi præsidium
paratum putant. Ouidius:

Ante mare & terras & quod tenet oīa cælum,
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe,
Quem dixere chaos.

Posterioris partis testimonia. Sallust. Est locus in
carcere, quod Tullianum appellatur. Sic dicimus,
est opus Ciceronis, qui Cato inscribitur. Inuenitur
interdum, relatiuum conuenire cum præcedenti,
licet sequens casus sit nomen proprium. Cicero:
Propius à terra Iouis stella fertur, quæ Phaeton
dicitur.

De coniunctis, & de interrogatiuo.

Consimiles optāt casus cōiunctio, quæ
Consimilesq; modos si nō regimē uariet.
Coniun-

S Y N T A X I S.

Coniunctio & quicquid coniungendi vim habet, petit similes casus & modos: similiter interrogatiuū & responsiuum eiusdem erunt casus. Prioris exempla. Maritus & uxor litigant. Publius: Aut amat, aut odit mulier, nihil est tertium. Superbus ambulat quasi rex. Vim cōiungēdi habent, quā, nisi, præterquam, sicut, quasi, uelut, & plura. Exempla posterioris partis: Quis miseretur peccatoris? mitissimus Iesus. Quem tremūt barathra? Iesum. A quo liberati sumus? ab Iesu. Biant. dicta carmine heroico: Quis diues? qui nil cupiat. Quis pauper? avarus.

*De Similibus
et interrogatiōe*

Si non regimen uarietur. Quando dictiones necessario exigunt diuersos casus, hæc regula non habet locum: ut si interrogaris, Cuius est liber? respondebis, meus est: non mei, si ad te pertinet. Quanti emisti? aureo. Accusaris furti, an homicidij? an utroque?

Exopto regule

Annotatiuncula.

Ex his satis liquet, coniunctionem ex sua natura, nec similes, nec dissimiles coniungere casus: sed quoscunq; regens exigit, illos etiam potest copulare coniunctio. Notandum est etiam, interrogatiua & responsiua, quæ casibus carent, in casu conueniente non posse: ut ubi comedes? Hic. Terent. De ista rogas uirgine? ita. Plaut. Ego ne istuc dixi? ita. Sic alibi sæpius, licet Valla uult elegantius responderi per etiam.

Epilogus

Quid interrogatiuum.

Interrogatiuum est rei dubiæ, uel tanquam dubiæ pos-

*Interrogatiuum
quod*

B bia po

DE SPAUTERII

Interrogatio:

bix postulatiuum. Interrogatio est rei dubix, uel
tanquam dubix postulatio.

qualitas respōsi

Regula apte respondendi.

Interrogatiuis danda sunt debita responsiua: ut
quis es? Petrus. Quid es? homo. Qualis es? albus, ni
ger, doctus, & similia qualitatem dicentia. Quan
tus es? bipedalis, & cætera quantitatem continuam
significãtia. Quotus es? primus, secundus &c. Quot
ludunt? tres, quatuor &c. Qualem equum emisisti?
Valla dicit recte responderi oblongum, lato pe
ctore, breui aluo: quia qualitas magis, quam certa
quãtitas significatur. Interrogatus, qualis es? si red
dis homo, inepte loqueris.

*In notis de rō
re & antia*

*Jam de regi
mine*

DE REGIMINE.

Post concordantiam de casuum regimine agē
dum est, & quidem hoc ordine, ut si qua di
ctio diuerfos regat casus, tota declaretur in
priori casu, nec alibi repetatur, quo breuitati simul
consulamur, & leuemus ediscendi laborem. Aspi
ret cæptis mitissimus Deus noster Iesus Christus.

Sex sunt casus: nominatiuus, genitiuus, datiuus,
accusatiuus, uocatiuus & ablatiuus. De uocatiui re
gimine quia à paucis regitur particulis, in constru
ctione nominatiui obiter pauca dicemus, ubi de ad
uerbijs & interiectionibus agetur. Sunt qui ponãt
septimum casum, is in ablatiuo comprehenditur: &
octauum, is sub datiuo continetur.

REGIMEN NOMI-

Nominatiuus in oratione uel regitur, uel po
nitur

SYNTAXIS.

finitur absolute: ut, Dominus noster Iesus Christus, is est ueritas. *Regitur* autem nominatiuus duobus *duobus modis* modis: figurate & sine figura. Sine figura à fronte & à tergo: ut ego uocor Ioēs. *Regitur* uero septē *regitur* modis: per appositionē, per euocationē, per conceptionē, per prolepsim, per Zeugma, per antiprosim, per synthesin raro utendā: exempla uidentur suo loco. Hæc præmittere placuit, quia præter alia commoda rationem aperiunt, ob quam hæ figuræ à quibusdam ad finem syntaxeos reiectæ, in constructione nominatiui tractentur.

Regula nominatiui prima.

Ante capit rectū persona cōuenientē
 Et numero, uerbū, qđ personale uocat,
 Nec non finitū. Rectū persæpe tacemus.
 Sæpe loco illius quid pono. Ne puer uni
 Pluralē dones sermonē, non honor est hic.
 At de me solo numerus dicetur uteruis.

Omne uerbum personale finiti modi regit ante se expresse uel subaudite, eiusdem numeri & personæ nominatiuum, uel aliquid pro nominatiuo: ut ego scribo, tu legis. Vergilius: Fama uolat. Nos canimus. Ouidius: Tempora labuntur. Pluit, tonitruat. Publi^o: Deliberare utilia mora tutissima est.

Vtiles annotatiunculæ in datam regulam.

Dixi personale uerbum, quia impersonale ante se nominatiuum non recipit: ut statur, curritur, peccat me peccati.

B ij Dixi

Insuperius enim h. om. s.

DE SPAUTERII

*Inuatiui pro
xto p. p. f. h. o
p. o. s. h. o*

Dixi finiti modi, quia infinitiuus ante se nō nominatiuum, sed accusatiuum recipit: nisi poetice uel historice, pro præterito imperfecto indicatiui modi ponatur. Terent. Omnes mihi inuidere & mordere clanculum: ego autem flocci pendere: id est, Omnes mihi inuidebāt & mordebant clanculum, ego autem flocci pendebam. Cicero: Hic iudices ridere, stomachari atque acerbe ferre patronus, causam sibi eripi.

*ntus ante uerbu
tribus modis intelligit
primo*

Dixi uel subaudite, quia tribus modis nominatiuus ante uerbū intelligitur. Primo, in omni uerbo primæ uel secundæ personæ potest nominatiuus intelligi. Ouidius:

Et si quid faciam, nunc quoque quæris, amo:

Idem:

Venturæ memores iam nunc estote senectæ:

Sic nullum uobis tempus abibit iners.

Emphasis quia

Raro exprimitur prima persona uel secunda, nisi fuerit emphasis aut discretio: ut nos hominem accusauimus, uos damnastis. Emphasis est figura altiore præbens intellectum, quàm quæ uerba per se ipsa declarant: ut ô Maria tu aduocata nostra, tu intercessor, tu spes: quasi dicat, tu sola, aut simile quid. Aeolus ad Iunonem:

Tu mihi quodcumque hoc regni, tu scepra, Iouëque Concilias, tu das epulis accumbere diuim.

Seruitio

Secundo, in uerbis tertiæ personæ pluralis numeri intelligitur homines: ueluti, Lolium (ut aui) facile crecit, difficulter perit. Sic ferunt, perhibent.

Ouidius:

Tecum ferunt iræ pernituisse tuæ,

Tertio

SYNTAXIS.

Tertio, in uerbis exceptæ actionis intelligitur nominatiuus Deus uel natura: ut pluit.

Exatuo

Quid uerbum exceptæ uel exemptæ actionis.

Verbum exceptæ actionis est, cuius actus Deo uel naturæ tribuitur: ut pluit, fulminat: quia solus Deus uere dicit ego pluo, fulmino, tono, hyberno, pro hyemem facio. Apud Poetas nominatiuus aliquando exprimitur. Theocritus apud Philephū: Fidere Batte decet, melius cras forsan habebit. Sperandum est uiuis, non spes ulla sepultis. Nunc pluit, & clarus nunc Iuppiter æthere surgit.

uerba exceptæ actionis que

Verba exceptæ actionis continentur his uersibus Ba-

dianis.

Fulminat atq; tonat, ningit, pluit atq; choruscatur,
Vernat & æstiuat, gelat, autumnatq; hyematq;
Hybernat, quandoq; tonitruat atq; pruinat,
Grandinat & rorat, noctescit siue diescit,
Lucescit simul aurorat: conformia iunges.

uerba uel uerba

Postremo adieci regulæ, uel aliquid pro nominatiuo: Quinque enim modis ponitur aliquid loco nominatiui.

loco nri ponit aliquid g. modo

Primo infinitiuus sine casu. Cato: Legere & nō intelligere negligere est. Quicquid ponitur loco nominatiui, est generis neutri. Persius:

primo

Scire tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter.

Secundo

Secundo infinitiuus cum accusatiuo ante se: ut tyrannos uiuere non expedit Reipub. Id dialectici uocant dictum.

o nri quid

DESPAVTERII

Terthio

Tertio, infinitiuus cū aliquo casu post se. *Perli*
At pulchrum est digito monstrari & dicier hic est,
Terent. Seni uerba dare est difficile. Est pij patris,
pio succurrere nato.

Quarto

Appellatum qd

Quarto appellatum : ut quod studes est tibi cō
ducibile. Appellatum est tota oratio nominatiui
& uerbi, præcedente tali particula, quod, ut, ne, aut
simili. Multo ornatius per dictū, quā per appel-
latum loquimur, diligenter igitur discant pueri
hoc in illud mutare, hac uia: Gaudeo quod tu bene
uales. Gaudeo te bene ualere.

Quinto

Quinto, quædam aduerbia funguntur nomina
tiui officio: ut partim uirorum sunt occisi, Martia,
Cras te uicturum, cras dicis Posthume semper:
Dic mihi cras istud, Posthume quando uenit?

*Quinto te sumi
sumpta qm*

Sunt qui dicunt dictionem technice seu materialiter
sumptam pro nominatiuo poni: ut amo est uer-
bum. Sed talis dictio est uerum nomen indeclina-
bile, neutri generis.

*Unum pluraliter
no appellatum*

Unum pluraliter non esse compellendū.

Ne puer uni pluralem &c. Vni honoris causa,
non est pluraliter loquendū: ut rogo te amice, ue-
nias ad prandū meum: non aut rogo uos amice ut
ueniatis. Sed de se ipso potest quis tam pluraliter,
quā singulariter loqui. Quintil. Utinam hoc mihi
fata præstarent, ut residuum laborantis animæ in
tuo poneremus amplexu.

Erasmus regna

De his Erasmus sic ait: Si probatos grammati-
cos audimus, in prima persona mutatur numerus
persæpe, aut modestiæ, aut festiuitatis, aut eupho-
niæ gra-

SYNTAXIS.

nix gratia: In secunda persona nunquam, nisi cum
genus significamus, non personam: In tertia inui- *pro inuicem person*
diæ causa, raro. Exempla primæ personæ. Cicero *aliquo in modo rari*
ad Brutum: Populo imposuimus & oratores uisi
fumus. Vergilius:

O Melibœe Deus nobis hæc otia fecit.

De secunda lepidum est apud Nasonem exemplū:

Quæcunq; æquor habet, quæcunq; pericula tellus,

Tam longæ causas suspicor esse moræ.

Hæc ego dum stulte meditor quæ uestra libido est,

Esse peregrino captus amore potes.

Ad solum Vlystem scribens Penelope, taxat hic to

tum uirorum genus. Exemplum tertiæ personæ,

Terent. Cum ad uxores uentum est, tum fiunt se-

nes: Naufistrata unum Chremetem per inuidiam

senes appellat.

Appendix.

Quia inuite audiuntur, tu, te, tibi, tuus: ideo blā *orati formæ*
dius poteris superiorem sic cōpellare: Oro tuā pro
bitatem, dignitatē, paternitatem, beatitudinē, reuer-
rentiam, gratiam &c. Ne tamē pro tuus uester po-
nas, quia intrinsecus plurale est. Præterea quando
uni loquentes, ad plures sermonem dirigimus, po-
test locutio esse pluralis. Verg.

Vos ô Calliope precor aspirate canenti:

Compellat Calliopen ad omnes musas sermonem
dirigens, teste Landino.

Regula elegantix.

Rectos si binos numerū uerbo uariorum.

DE SPAUTERII

Præponas, uerbū quadrabit proximioris:

Oia pōtus erat, dic, & domus antra fuerūt.

At uestes sunt lana, feras: est lana caueto.

Verbum substantiuū positum post duos noīa-
tios diuersorū numerorum eleganter conforman-
tur secūdo nominatiuo. Ouid. Omnia pontus erat.

Idē: Domus antra fuerunt: singularis numeri est
domus. Terent. Amantium iræ amoris redintegra-
tio est. Ouid. Vestes quas geritis sordida lana fuit.

Hæc tamen elegancia sæpe non obseruatur. Liui:
Captiui militum præda fuerant.

At uestes sunt lana &c. Si uerbum substantiuū
ponatur inter duos nominatiuos diuersorum nu-
merorum, concordabit cum præcedenti: ut uestes
fuerunt lana: non uestes fuit lana. Sermones sum-
mi patris sunt meditatio iusti. Aliquando fit con-
tra, ubi est pro significat poni uidetur: ut pisces
quos ceperunt apostoli est collectio fidelium.

Secunda regula principalis.

Cum substantive uocans, & uim quod ser-
uat eorum,

Si fit res eadē, post se rectum retinebunt.

Verbū substātiuū, uerbumq; uocatiuū & eorū
uim habentia, regunt post se nominatiuū, qui signi-
ficatur accipi pro eodē cū noīatiuo præcedente, ex-
plicitate uel implicitate: ut Deus est omnipotens. Vo-
cor Ioannes, cognominor Despauterius. Plautus:
Hic uigilans somniat. Posterior casus non est no-
minatiuus, si non significatur accipi pro eodem: ut
gladius est Petri, Pater est Ioanni.

Anno

SYNTAXIS.

Annotatiuncula.

Vt uerbum ante se habet aliquid uice nominatiui, ita etiam post se, ut furari est peccare. Cicero: Magis isti seruiunt, si obseruare seruire est, id est: si obseruatio est seruitus.

Quid uerbum substantiuum & quot.

Verbum substantiuū est, quod alijs uerbis substat in coniugando uel resoluendo: ut lego, id est, sum legens: legor lectus sum in præterito. Sum unicum est uerbum substantiuum. Fio substantiuum non est, ut nec exsto & existo: de quibus lege Laurentium Vallam.

Vim substantiui uerbi habentia.

Triplicia uerba habent uim uerbi substantiui. Primo passiuā, quorum actiua regunt duos accusatiuos pro eadem re acceptos: ut crederis diues: quia dicimus, credo te diuitem. Sic habeor, iudicor, æstimator, fio doctus. Sallustius: Virtus clara æternāq; habetur. Ouidius:

Quæritur Aegistus quare sit factus adulter.

In promptu causa est, desidiosus erat,

Secundo, multa uerba neutra, ueluti eundi, manendi, uiuendi: ut concedo domum potus, id est, eo. Ouidius: Victa iacet pietas. Vergilius: Ast ego quæ diuū incedo regina, Iouisq; Et soror & coniunx. Incedere est cum fastu & magno apparatu ire. Seneca. Tenero ac molli passu gradum suspendimus, nec ambulamus, sed incedimus. Sedes tristis, curiuus, erectus, Viuo inops. Euado doctus: dic etiam, euado in doctum uirum.

B

V

Ter

DESPAVTERII

Tertio, plurima alia uerba actiua, deponen-
tia, quorum non cōstat certa regula, ut audiui hoc
puer, feci inuitus, melius quā inuite. Nudus e-
gressus sum de utero matris, nudus reuertar. Hu-
iusmodi nominatiui elegāter ponuntur penē pra-
aduerbijs.

Appendix.

Factus, habitus, creditus, & similia ab huius farinae
uerbis participia, post se cupiunt casum, quem an-
te se habent, adeo ut etiamsi ipsa uocatiui casus fue-
rint, uocatiuos casus post se copulent. Propertius:
Lectule diuitijs facte beate meis. Gatullus,
Rufe mihi frustra nequicquā credite amice.

Appendix altera.

Quotiescunque participium uerbi substantiui,
uocatiui, uel uim eorum habentis ponitur inter
duo substantiua, concordabit cum praecedente, ut
Petrus est factus mancipium; Si uero utriq; post-
ponatur, conforme erit utrilibet. Liuius sexto de-
cadis 4. Ludos Megalesia appellatos. Idem libro
nono decadis 3. Ludi fuerunt Megalesia appellata.

Cicero,

Video amicitia nostram inimicitias modo factas.

Quid uerbum uocatiuum & quot,

Verbum uocatiuum est quiddam generale, quod
rei nomen, praesertim proprium, aliquando etiam
cōmune determinat: ut uocor Ioannes. Studiū sapi-
entiae, quae philosophia appellatur. Quinq; sunt uer-
ba uocatiua: nūcupor, appellor, uocor, dicor, noe-
minor. Eorum actiua regunt duos accusatiuos,
qui

SYNTAXIS.

qui significantur ad eandem rem pertinere. Publius: Timidus uocat se cautum, parcum sordidus. Vocatiuorum uerborum uim habent, cognominor, agnominor, inscribor, salutor, baptizor, arguor &c. ut cognominor Scipio, agnominor Africanus. Hor. in arte: Descriptas seruare uices operum colores Cur ego si neque ignoroque poeta salutor?

Appendix.

Septem modis poteris exprimere quos uel quos uocaris: Vocor, dicor, nominor, appellor, nuncupor Petrus. Est mihi nomen Petrus.

Est mihi nomen Petri. Plaut. Nomen Mercurij est mihi.

Est mihi nomen Petro. Hic est elegantissimus.

Habeo nomen Petrus. Oui. Lactea nomen habet.

Habeo nomen Petri. Autor Seruius.

Habeo nomen Petri. Idem autor est. Sic dicimus, facio, impono, indo tibi nomen Ioannes, Ioannis, ni, ne.

Appendix de infinito esse, & similibus.

Esse pares optat casus, sed non male dices,

Huic licet esse puerum: loquitur sic Quintilianus.

Esse & alia, a uerbis utrinque nominatiuum habentibus, infinita copulant similes casus explicite uel

implicite, qui significantur accipi pro eodem. De nominatiuo: Petrus cupit esse doctus. De genitiuo:

miseror Ioannis cupientis esse docti, cui deest ingenium. De datiuo: licet mihi esse sacerdoti. De accusatiuo: audiui Ioannem esse doctum. De ablatiuo:

utor familiariter Ioanne cupiente esse docto. Cato:

Sperne repugnando tibi tu contrarius esse.

DE SPAVTERII

Claudianus: Natura beatis Omnibus esse dedit, si quis cognouerit uti. Terentius: Adparet hunc seruum esse domini pauperis. De genitiuo & ablatiuo grammatici sibi exempla fingunt, apud autores enim uix reperiuntur.

Annotatiuncula.

In dictis copulantur similes casus explicite, in sequentibus nominatiui & accusatiui implicite. Ter. Hei mihi, disce esse pater ab his qui uere sciunt. Tibi placet euasisse diuitem: subauditur te. At si dicas, tibi placet euasisse diuiti, nihil subaudies. Præstat uiuere pauperem, quàm iniuste diuitem: uenuste subauditur generalis accusatiuus aliquem.

Denominatiuo, & obiter de alijs casibus figurate constructis.

Figura est aliqua arte nouata dicendi forma: ut Miratur molem Aeneas magalia quondam: figurate dixit Vergilius. Dic, molem quæ fuit magalia quondam, figura non erit: quia nihil arte nouatum, nihil à primum se offerente ratione remotum.

Figura est triplex, dictionis, locutionis, constructionis.

Dictionis figura est, quæ fit in dictione. Quatuordecim figurarum dictionis (ut summatim dicam) hæc natura est, ut dictionem uel augeant: ueluti Prosthesis, epenthesis, paragoge, ectasis, diæresis, uel minuunt: ut Aphæresis, syncopa, apocope, systole, synæresis, ectipsis, synaloephe. uel inuertant eius elementa: ut Antithesis, metathesis. Vnde Grego

SYNTAXIS.

co nomine metaplasmi, hoc est, transformationes uocantur. Ecstasis uero non auget dictionem syllaba, sed tempore. Ita systole non minuit dictionem syllabam auferens, sed tempus. Vergilius:

Obstupui, steteruntq; comæ, uox faucibus hæsit.
In steterunt artificiosissime penultimam corripuit, ut subitum terrorem magis exprimeret.

Figura locutionis est, quæ circa loquendi aliquem modum, non circa cõgruitatis regulam uersatur: ut sine Cerere & Baccho friget Venus: est metonymia, quia inuentor pro inuento capitur.

Figura constructionis est, quæ circa grammaticas constructiones uersatur. Et sunt octo: Appositio, euocatio, syllepsis uel cõceptio, prolepsis, zeugma, antiptosis, synthesis, synecdoche. De hac ultima, in constructione genitiui, commodior erit dicendi locus.

Appositio.

Apponens coniunge pari casu duo fixa.

Esto res eadem declaratumq; præito.

Si duo nomina substantiua ad eandem rem pertinentia coniungantur sine coniunctione, erunt eiusdem casus, præcedente declarato per appositionem: ut fratres gemini, fluuius Rhenus, urbs Roma, arbor morus, mensis Augustus. Dico declaratum debere præcedere, ex sententia Quintiliani dicentis libro nono: Quædam ordine permutato fiunt superuacua: ut fratres gemini. Nam si præcesserit gemini, fratres addere non est necesse. Hæc Quintilianus: secundum cuius præceptionem inepte dicitur
geminis

DE SPAUTERII

Gemini fratres, Rhenus fluuius, Roma urbs &c.
Sed notandum est Quintilianum magis ostēdere,
quid ars exigat, quā quid obtinuerit usus proba-
tissimorum uirorum, qui frequentissime ordinem
illum substantiuorum in appositione non seruant.
Cicero: Procles & Caristhenes Lacedemoniorum
reges, gemini fratres fuerunt. Suet. Rhēni flumi-
nis. Titus Liui. Prope Tybrim fluuium.

Quid Appositio.

Appositio est sine coniunctionis medio substanti-
uorum ad eandem rem pertinentium in eodem ca-
su positio: ut urbs Roma. Horat. Et genus & for-
mam regina pecunia donat.

Annotatiunculæ.

Si dicam, Maria & mater et uirgo sanctissima, con-
iunctio nec iuuat nec impedit appositionem, sed so-
lum ponitur propter duo uni connectenda. Ve-
rum cum dico, fluuius & Rhēnus: urbs & Roma,
non est appositio.

Gentilia siue patria nomina, ut Romani, Itali,
Galli, Sulmonenses, Insubres, penē sunt substanti-
ua: ideo inter huiusmodi apud Titum Liuii. & ali-
os optimos autores sæpe inuenies appositionem:
ut ager captus de Gallis Boijs fuerat. Hic nota obi-
ter, quod non solum gentilia, siue patria nomina
non sunt plene adiectiua, uerum etiam numeri-
lia, pronomina, & syncategoremata: ueluti omnis
nullus & cætera, quia alijs adiectiuis rite maritan-
tur: ut multi albi homines, quinque fatæ uirgi-
nes.

Vergilius:

Aurca

SYNTAXIS.

Aurea mala decem mihi, cras altera mittam.

Substantiua in appositione duobus modis possunt esse diuersorum numerorum. Priore, ubi alterius numero caret: ut urbs Athenæ, pisces signum: quoniam duo sunt. Verg. Corydon ardebat Alexim Delicias domini. Posteriore ubi alterum est collectiuum. Ouidius:

Turba ruunt in me luxuriosa proci. Idem:

Quid meruere boues animal sine fraude dolisque?

Animal hic collectiuum est, sic apud Iuuenalem:

Quanta est gula, quæ sibi totos

Ponit apros animal propter conuiuia natum.

Tribus de causis fit appositio. Primo, causa restringendæ generalitatis: ut urbs Gandauum, arbor laurus, mensis Iunius.

Secundo, causa remouendæ equiuocationis: ut leo signum ardet. Plin. Lupum piscem non uidit Italia.

Aequiuocum est polysemum, hoc est, dictio diuersa significatione multa significans: ut canis.

Tertio fit causa attribuendæ proprietatis: ut Plato homo doctissimus.

Appositio declaratur per participium ens, licet parum sit in usu teste Prisciano: ut diligo Petrum hominem iustum, id est, Petrum entem hominem iustum. Istud monuisse est utilissimum, nam hic, uocote Ioannem, Facio Petrum sacerdotem, non est appositio quia non intelligitur ens: neque in hac oratione, dedit filium pretium mundi: ubi intelligitur præpositio in.

Duo milia uiri, dicunt esse appositionem: nec repugno, quia sic exponendum est, uiri entes duomila

DE SPAUTERII

milia. Eodem modo resoluendæ sunt ecclesiasticorum orationes: Ex tribu Dan duodecim milia signati: Debat decem milia talenta: autor est Laurentius Valla, qui tamen maluisset dicere. Duodecim milia signatorum. Decem milia talentorum. Sed eiusmodi locutiones frequentiores sunt classicis scriptoribus, quam ille putauit. Plin. libro 13. Cap. 7. Ancus Martius rex salismodia sex milia in congiario dedidit populis. Iusti. Trecentis milibus mulieribus. Liui. Duodecim milia pedites. Cicero, Tritici modios quinque milia. Ver. Tot milia gentes arma ferent Italia. Male igitur scripsit Georgius Valla, milia aliquando adiectiuum esse, non animaduertens in exemplis citatis substantiua appositorie coniungi.

Euocatio.

Si ternam primam des, totum fit tibi prima:
 Siq; secundam des ternam, totum esto secunda:
 Pauper ego canto. Luca uix maximus audi.
 Quando immediate primam uel secundam personam iungitur tertia, tota oratio est primam uel secundam personam: ut ego pauper canto, tu diues trepidas.

Dico immediate, quia in euocatione non potest intercedere coniunctio, estq; hæc figura appositio quedam: exigit enim & personas ad eandem rem pertinentes, quarum euocans ab euocata declaratur, & præterea resolui potest per ens ut appositio, ueluti ego pauper nil timeo, id est, ego ens pauper, aut qui sum pauper. Defende me tu uir optimus. Tace tu homo imperitus, ens subintelligitur teste Valla tertio elegantiarum libro.

Quid

SYNTAXIS.

Quid sit euocatio.

Euocatio est continua tertiæ personæ ad primam uel secundam reductio: ut ego Ioannes sedeo. Vergil. Non omnia possumus omnes.

Quatuor sunt necessaria in euocatione: persona euocans, persona euocata, absentia coniunctionis, & uerbum personæ euocanti conforme. Persona euocans est prima uel secunda persona. Sola tertia est euocata.

Duplex est euocatio: explicita & implicita. Explicita est, ubi persona euocans cum euocata exprimitur: ut ego Petrus scribo. Tu Paulus ludis. Titus Lilius: Audi tu populus Albanus.

Implicita est, ubi persona euocans subauditur: ut peccatores te rogamus audi nos. Aue Cæsar summus imperator. Horat.

Decipimur specie recti pars maxima uatum.

Ouidius:

Si qua uoles apte nubere nube pari.

Cicero: Omnes trahimur & ducimur ad scientiam cupiditate gloria.

Persona euocans & euocata quatuor modis possunt esse diuersorū numerorū. Primo, ubi idem de se pluraliter loquitur: ut nos Carolus diuina gratia Francorum rex mandamus. Eiusmodi tamen orationes sunt inusitate scriptoribus probatis.

Secundo, ubi alterū singulari numero caret, aut saltē heteroclitū est: ut ego delitiæ tuæ canto.

Tertio in collectiuis. Ouid. Populus superamur ab uno, Vixq; uiro: sensus est, nos populus superamur & cætera. Plinius: Magna pars studiorum

DE SPAVTERII

amcenitates quærimus. Vergilius:

Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Prodimur.

Quarto in distributivis. Ovidius:

In magnis læsi rebus uterq; sumus:
Persona euocans nos intelligitur, quia sensus est,
nos uterq; sumus læsi: nisi malis sic ordinare, Nos
sumus læsi, uterq; in magnis rebus.

Conceptionum parasteue.

Quæ per & aut socias iūgo, dāt rite ualorē
Pluralē: sic cū, pro coniungente repositum.

Copulatum per coniunctionē, per præpositio-
nem cū pro &, ualet sæpe dictionē pluralis nume-
ri: ut ego & tu, id est, nos: tu & iste, id est, uos. Pe-
trus & Ioannes, id est, illi. Ideo uerbum, uel adie-
ctiuum, aut relatiuū erit pluralis numeri: ut Ioan-
nes & Petrus ludunt, quos uideo. Vergilius & Oui-
dus sunt docti. Exemplum de cum. Apuleius & Oui-
dus quam finitum est illud Paridis iudicium, Iuno qui-
dem cum Minerua tristes & iratis similes scena
redeunt, indignationem repulsæ gestibus profes-
sæ. Ovidius:

Ilia cum Lauso de Numitore fati.

Nota, qd coniunctio aliquā intelligitur per asyn-
deton. Teren. Dum ætas, metus, magister prohibe-
bant. Quandoq; multiplicatur per polysyndeton:
ut & ego & Petrus & Paulus currimus.

Conceptionis regula.

Personam atq; genus semper dabimus ma-
ge digno.

Prima

SYNTAXIS.

Prima quidē reliquis præstat, ternęq; scđa,
 Masculeū reliquis p̄stat, neutro muliebre.

Copulatū æquipollens uni plurali, est eius p̄so-
 næ, aut generis cuius est pars dignior, per conce-
 ptionē. Exemplū de persona: ego & tu, est primæ
 p̄sonę, q̄a ego ē pars dignior: Ideo dicemus, ego &
 tu disputamus. Exemplū de ḡnē: Petrus & Anna,
 est masculini ḡnis, cuius est pars dignior copulati
 Petrus. Ideo dicemus per adiectiuum masculini ge-
 neris, Petrus & Anna sunt p̄ij.

Prima quidem reliquis præstat &c.) Prima per-
 sona dignior est secunda & tertia, secunda uero so-
 lum tertia. Concipit ergo prima secundam & ter-
 tiam: secunda tertiam tantum. Tertia persona ut in-
 dignior nunquam concipit.

Masculinum reliquis præstat &c.) Masculinū ge-
 nus dignius est feminino & neutro, quæ ab illo
 cōcipiuntur. Femininū superat & concipit neutrum:
 ut lena & scortum sunt impudicæ.

Quid syllepsis siue conceptio.

Conceptio est mediata indignioris ad dignius
 reductio: ut ego tuq; damus.

Quinq; in conceptione sunt necessaria: dictio
 concipiens, dictio concepta, copula, uerbum uel
 adiectiuum, concordantia cum dictione cōcipiēte
 & non concepta.

Conceptionis quatuor sunt species: personarū,
 generum, numerorum, casuum.

Conceptio personarum.

Conceptio personarū est, in qua persona à p̄sona
 C ij concipit

DE SPÄVTERII

concipitur: ut ego tuq; damus. Et est duplex: directæ & indirectæ. Conceptio directæ est quæ fit sine cû: ut tu & Petrus luditis. Indirectæ est, quæ fit per cum præpositionem personæ concipienti adiunctam: ut tu mecum gaudemus. Verg. Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum.

Conceptio generum implicita.

Conceptio generum est, in qua unum genus concipit alterum: ut pater materq; sunt boni. Prolemæus & Cleopatra sunt reges. Conceptio generum est duplex: explicita & implicita. Explicita est, in qua genus conceptum & concipiens exprimitur: ut Ioannes eiusq; uxor sunt pi. Misereor Ioannis & Catherinæ pauperrimorum. De syllepsî implicita hi sunt uersus.

Conceptio generum.

Implicitam uocites generum syllepsim, uterq; Est pbus: at debet mas & foemella notari.

Conceptio generum implicita est, quæ de uiro et foemina loquimur, non expressis concipiente & concepto: ut uterq; est probus: de Petro eiusq; uxore. Uterq; parentum tuorum est mortuus. Quis fecit: aliquis fecit. Nullus homo currit. Semper oportet loqui de uiro & foemina, alioqui nulla esset figura. In Genesi: Erat uterq; nudus: de Adam & Eua dicitur. Verg. de Cupidine & Venere: Vna dolo diu si foemina uicta duorum est.

Ouidius:

Nubere si qua uoles, quauis properabitis ambo,
Differ: habent paruæ commoda magna moræ.
Conce

SYNTAXIS.

Conceptio generum implicita fit quinq; modis: Primo, per distributiuum: ut uterq; est probus. Nullus homo est Græcus. Secundo, per particulare: ut alter horum loquitur. Tertio, per demonstratiuum: ut hi sunt Christiani. Quarto, per quæsitiuum: ut quis horum mentitur sexum? Quinto, per substantiuum: ut Latona peperit geminos, scilicet, Apollinem & Dianam.

Conceptio casuum.

Conceptio casuum est, in qua nominatiuus tertiæ personæ concipit ablatiuum mediante præpositione cum. Verg. Remo cum fratre Quirinus iura dabunt. i. Quirinus & frater Remus. In huiusmodi orationibus, qualis est, ego tecum ludimus: magis est personarum conceptio, quã casuum, ideo dixi nominatiuus tertiæ personæ.

Conceptio numerorum.

Conceptio numerorum est, ubi plurale cõcipit singulare: ut Petrus & isti ludunt: sic dicunt plurimi, sed Aldus affirmat plurale debere præcedere: ut, sunt nobis mitia poma, Castaneq; molles & presicopia lactis. Alioqui fieri zeugma ait.

In conceptionem generum annotatiuncula.

Vix bene dicitur, calamus & papyrus sunt studioso necessarij: Quia in conceptione generum copulatum debet significare res animatas, sin minus, adiectiuum ei dabitur neutri generis, per regulam indifferentiæ.

Regula indifferentiæ.

DE SPAUTERII

Sint res absq; aīa, ponetur mobile neutre.

Quotiescunq; substantiua rerū inanimatarum cuiuscunq; generis coniungunt ad adiectiuū uel demonstratiuū, uel relatiuū plurale, ipsum erit neutri gñis fere semper: ut penna & atramentū sunt scribēti necessaria. In sacris: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Lunā & stellas quæ tu fundasti. Cicero: Eadem mente comprehendimus colorem, saporem, odorem, sonum, quæ nunquam animus cognosceret. In iure: In promittendis etas, maturitas, grauitas morū & literarū scientia sunt inquirenda. T. Lilius: Labor uoluptasq; dissimillima natura, societate quadam inter se naturali sunt innexa. Dixi fere semper: quia qñ res sunt inanimatae fit aliqñ conceptio gñm sed rarissime, Lucanus: Hinc leges & plebiscita coactæ. Cice. in tom. Scip. Cōcilia cœtusq; hoīm iure sociati, quæ ciuitates appellant. Loquit̃ ita sine dubio Iust. lib. 9. Misericordia in eo & perfidia pari iure dilectæ.

Fit & implicite indifferētiæ regula: ueluti utrūque est homini utile. s. aqua & ignis. Similiter ubi non de multis loquimur, sed multa uni conuenire significamus. Plautus: Vtrumq; hæc & multiloqua & multibiba est anus.

Prolepsis.

In partes totū partitur rite prolepsis
Cum uerbo positū. Tacitam qñq; uidebis.

Propter totum cum uerbo uel adiectiuo congrue constructum, in partibus uerbum uel adiectiuum eleganter intelligitur per prolepsim, quæ latine

SYNTAXIS.

tine præsumptio dicit: ut noluerunt uenire, sed abierunt, unus, in uillam suã, alius ad negotiatiões suas. Vidi duos angelos, unum ad caput, alterum ad pedes. Petrus & Paulus sunt admodũ periti, hic pilæ, ille alex. Totum est dictio pluralis numeri: ut homines, aut copulatum: ut Petrus & Paulus, aut dictio collectiua: ut turba, populus.

Quid prolepsis.

Prolepsis est attributio proprietatis toti diuiso in suas partes, quæ totius proprietatem uario modo continent: ut omnes student, hic scientiæ, ille pecuniæ, alius ueneri. Totum est omnes, cui attribuitur proprietates student, quæ in partibus, hic, ille, alius, uario modo continentur. In hac definitione Sulpitij, nomen attributio regit datiuum sui uerbi.

In prolepsi sunt quinque necessaria: Totum, partes, determinationes partium, proprietates & ordo. Proprietates est uerbum uel adiectiuum. Ordo in eo consistit ut præcedat totum & partes sequantur.

Duplex est prolepsis: explicita & implicita. Implicitam indicat posterior uersus, eamque uocat tacitam.

Prolepsis explicita est, in qua totum & partes exprimuntur: ut duo homines ascenderunt in templum, unus pharisæus, & alter publicanus.

Implicita est, in qua totum intelligitur, uel partes in adiectiuo continentur: ut alter alterius onera portate: totum uos intelligitur in portate, & partes continentur in alter. Sallust. Cœperunt se quisque magis magisque extollere. In sacris: Vana locuti sunt, unusquisque ad proximum suum. Ad Galatas:

G iij Quod

DE SPATYTERII

Quod si alius aliū uicissim mordetis & deuoratis,
uidete ne uicissim alius ab alio consumamini.

Zeugma quid.

Vni⁹ est uerbi ad diuersa reductio zeugma,
Aut adiectiui: nihil hic nisi carmina desunt.
Irat⁹ rex est reginaq; non sine causa.

Zeugma est unius proprietatis ad diuersa reductio:
ut carus ē panis & uinū. Ego sicut fecerū arui.

Differt zeugma à syllepsi: In zeugmate una
proprietas diuersis tribuitur, uni expresse, alteri
subaudite: ut irat⁹ est rex & regina. In syllepsi pro
prietas pluribus tribuitur simul: ut rex & regina
irati sunt.

In zeugmate quinque sunt necessaria proprietatis,
duo substantiua, cōiungens, & cōcordantia proprie
tatis cum uno expresse, cum altero intellete.

Tres sunt zeugmatis species: Hyperzeugma uel
protozeugma, mesozeugma, & hypozeugma uel
hysterozeugma: latine, zeugma à superiori, zeu
gma à medio, zeugma ab inferiori.

Protozeugma est in quo uerbū adiectiui ponit
in principio: ut erunt signa in sole & luna, & in
terris pressura gentium. Beatus uenter qui te por
tauit & ubera quæ suxisti.

Mesozeugma est, in quo uerbū uel adiectiui po
nit in medio. Cornel. Taci. Mediocres poetas nemo
nouit, bonos pauci. In sacris. Si radix sancta & ra
mi. Cœli mouendi sunt & terra.

Hyperzeugma est, in quo proprietatis in fine po
nitur. Verg. Nihil hic nisi carmina desunt. Teren.
Vtinam

SYNTAXIS.

Vinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.

Antiptosis quid.

Antiptosis erit, pro casuposito casum.

Antiptosis est casus pro casu positio sub aliqua proprietate. Pomponius apud Nonium: Quot lætitiis insperatas modo mihi irrepere in sinum: pro lætitiæ insperatæ. Næuius: Res uis hanc priuari pulchras: pro rebus pulchris. Sallustius: Multi qui de castris processerant, amicum alij, pars hospitem aut cognatum reperiebant: pro multorum. Persi.

Censoremue tuum uel quod trabeate salutas: pro trabeatus teste Prisciano. Plaut. Habet gladiū, sed duos quibus altero te occisurum ait, altero uillicum: quibus pro quorum. Vergilius:

Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi,
Expositis stabat scalis & ponte parato:

Pro datiuo crepidini, teste Scruio.

Antiptosis pro ratione habet auctoritatem, pro inde nobis eiusmodi orationes non sunt imitandæ. Est tamen antiptosis quædam adeo ab oratoribus usurpata, ut nulli sit uitanda: ueluti id genus, pro eius generis. Omne genus, pro omnis generis. Dicimus etiã uenuste, quibus in extremis, pro in quorum extremo.

Synthesis quid.

Synthesis aut uocẽ, sed cernit significatiū, Rem magis aspiciunt quã uocẽ sepe poetę.

Synthesis est attributio proprietatis uni uel pluribus copulatis, quod fit non gratia uocis, sed significati: ut pars in frustra secant, id est, aliqui. Hanc figuram

DESPAVTERII

guram apud oratores uix unquam reperies, sed familiaris est poetis & historicis, praecipue tamen poetis.

Synthesis est triplex: adiectiui et substantiui, relationaliui & antecedentis, nominatiui & uerbi.

Synthesis inter adiectiuum & substantiuum, relationaliuum & antecedens quinque fit modis.

Primo: ratione discernendi sexus. Plaut. Audiuisti saepe haec uulgo dici, solere elephantum grauidam perpetuos decem esse annos. De relationali: ut si quis dicat, anser quae incubat ouis.

Secundo, ratione subauditiois: ut Praeneste sub ipsa, subaudi urbe. Rex est Carnoti quae est pulchra. s. urbs.

Tertio, ratione collectiui. Cornelius Tacitus: Magna pars faucij aut palantes in montem Vocetium perferere. Apuleius: Vulgus ignobile quos.

Quarto, ratione distributionis. Ouidius: Vtraque formosae Paridi potuere uideri.

Tere. Si quis est, qui placere se studeat bonis quam plurimis, in his poeta nomen proficitur suum.

Quinto, ratione abstracti pro concreto positi. Terentius. Scelus postquam ludificatus est: Ad rem respexit teste Donato. Idem: Vbi illic est scelus qui me perdidit: scelus, id est, plurimum scelestus.

Synthesis in nominatiuo & uerbo fit duobus modis. Priore, ratione collectionis. Statius: En utraque gentis turba rogant. Posteriore, causa distributionis. Sallustius: Vterque insaniunt. Ouidius:

Quo ruitis: uestras quisque redite domos.

Aduerbia & interiectiones.

En, ecce, haec primum quartumque aliquando reuertuntur.
Hec

SYNTAXIS.

Heu petit et qntū, uelut o. Hei uēhēq; dūm,
Pro primū, quartū, quintūq; notaſ habere.

Hæc aduerbia demonſtrandi, en, ecce, hem, petunt
poſt ſe nominatiuum uel accuſatiuum. Cicero: Ec-
ce tibi ſtatus noſter. Terent. Hem aſtutias. Hem co-
micum eſt, non oratorium. En ſæpe exprobrantis.
Ponuntur & ſine caſu, & tunc ecce ferè utimur, ubi
quid ex improuiſo fieri ſignificamus.

Heu petit & quintum uelut o.) Heu & o petunt
poſt ſe nominatiuum, accuſatiuum aut uocatiuum.
Plinius: Heu dementia, allatoris aduentus ſemper
eſt gratus. Cicero: O uariam uolucremq; fortu-
nam. Idē: O magna uis ueritatis, quæ contra omni-

um ingenia, calliditatem, ſolertiam contraque fi-
ctas hominum inſidias, ſemper ſe ipſa defendit.
O ſeruit omni affectui, teſte Valla: & pulchre ſub-
auditur, quando affectus eſt parum uehemens. Ci-
cero in Antonium: Indignum facinus, & hominē
nequam. Et hui leuioris caloris eſt interiectione pe-
tēs accuſatiuū. Ter. Hui tam graues raſtros queſo.

Hei uēhēq; datiuum.) Duæ interiectiones hei &
uēh regunt datiuum poſt ſe. Verg: Hei mihi qua-
lis erat. Martial. Vēh tibi cauſidice. Vēh quoq; cū
accuſatiuo antiqui poſuerunt.

Prō primum &c.) Prō interiectione dolentis, uel in-
dignantis et aliquando admirantis conſtruitur cū
nominatiuo, accuſatiuo, uocatiuo: ut prō dolor.
Plautus: Prō ſancte Iuppiter quid uideo. Terent.
Prō deūm atq; hominum fidem. Georgius Valla
aſpirauit proli uegetioris ſoni gratia.

Re

DESPAVTERII
Regimen nominatiui, & obiter alio
rum implicitum.

Cuiusvis tacitam do casus sæpe regentem.
Supprimat orator, quæ rusticus ædit inepte.
Dicitio regens tam nominatiui quam aliorum ca-
sum, aliquando etiam dicitio recta eleganter sub-
auditur: ut gloria tibi domine. Difficile bonum esse.
Difficilia quæ pulchra. Exemplum ubi subaudi-
tur dicitio recta. Vocor Ioannes, Cicero: Quod in
tabulis quæ sunt ad Opis patebat, Titus Liui. Lin-
teis libris ad Monetę inuentis: subauditur templi.
Difficile esset omnes subintelligendi modos enu-
merare, plurimos frequens offeret lectio. Hoc no-
bis obseruandum est, quod quotienscumq; subaudi-
tio obscuritatē nō parit, ornate multa subdicemus.

REGIMEN GENITIVI

Regula prima.

SI duo continue iungantur fixa, nec una
Sit res, in patrio recte casu dabis unū.
Omne nomē substantiuum regit alterum substan-
tiuum in genitiuo, si ipsa pro diuersis significantur
accipi, coniunctione nec explicite nec implicite in-
tercedente: ut ager Petri, facundia Ciceronis. Bian-
tis dictum: Valere corpore, naturę munus est. diui-
tiæ dantur à fortuna. sapientia animi bonum est.
Summa summarum: apud Pliniū. Liber illius: quia
pronomen primitiuæ speciei fungitur officio no-
minis substantiuū.

Elegantia regula.

Quo

SYNTAXIS.

Quoties loquendum foret per quis, quæ, quod, multus, is, minor, tantus, quantus, & alia nonnulla adiectiua, uenuste adiectiuū in neutro genere substantiuū efficiemus, mutando prius substantiuū in genitiuum, priore seruato numero. Quæ causa, quid causæ: multa pecunia, multum pecuniæ. Nullus in nihil uertitur: ut nullus locus, nihil loci. Plaut. Neq; habet plus sapientiæ quàm lapis. Iuuenalis. Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca, Tantum habet & fidei. Horatius. Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet Plus dapis & rixæ multo minus inuidiæq;. Pulcherrimum est, id temporis, pro eo tempore: id ætatis, pro ea ætate: id locorum, pro eorum locorum. Neq; hoc regimen solum in nominatiuo aut accusatiuo fit. Val. Max. Fuerat eodem loci. Idem: Multo iam noctis serum auxilium uenit. Aliquando, id, pulchre subauditur. Mela: Quod terrarum iacet à freto ad ea flumina, ab altero latere Africam uocamus, ab altero European.

Secunda regula.

Temporis atq; loci, quætiq; aduerbia quædam Huc optat casum, dic uenimus illius ergo. Quædam aduerbia temporis, loci, et quantitatis regunt genitiuum.

Temporis. In Esaiâ: Nunc temporis nubes pluant iustum. Tum temporis. Interea loci, id est, temporis. Pridie illius diei. Postridie diuæ uirginis. Dicitur etiam pridie calendas, postridie nonas: & tunc

DE SPAUTERII

tunc intelligi uidetur præpositio ante uel post, cuius uirtute accusatiuum habent

Loci, Vbiuis gentium, nusquam gentium, unde gentium, ubi terrarum: in quibus gentium & terrarum solum ornatus gratia ponuntur. Cicero: Tu autem abes longe gentium. Cæsar: Eo discordiæ uentum est: Valde elegans locutio, pro ad eam discordiam. Sic, quo miseriam uenimus? Persius: Hucine rerum uenimus?

Quantitatis, satis eloquentiæ, affatim lignorum, partim hominum. Ouidiana Helena ad Paridem:

Nec tibi plus cordis, sed magis oris inest. Plaut. Virtute ambire oportet, non fautoribus.

Sat habet fautorum semper, qui recte facit. Caue dicas paruum uini, sed parum: nec magnum oris, aut maius oris, sed multum et magis: Vbi enim aduerbia sunt quantitatis, nominibus neutri generis genitiuum uix damus.

Ergo aliquando aduerbium est, teste Seruio, cum genitiuo. Vergilius: Illius ergo uenimus.

Tertia regula de mei, tui, sui, nostri, uestri.

Possessum spernit patrium quo passio fert.

Filius ego mei ne dixeris, at meus inque.

Nomen significans rem possessam, uel habitam, non potest pro possidente uel habente regere genitiuos passive significantes, mei, tui, sui, nostri, uestri: ut de filio quem habeo non licet dicere, filius mei, nec de agro quem habet, ager tui: similiter non licet dicere ager nostri, ager uestri, liber

SYNTAXIS.

liber sui. Quia mei, tui, sui, nostri, uestri, non significant possessorem, sed passiuè rem, de qua aut inquam aliquid habetur: ut amor mei, id est, amor, quem quis habet in me, non quem habeo, nisi eum habeã erga me ipsum. Ouidius: Vror amore mei. Notandum est ergo, quod ueteres dicebant, filius mis, tis, sis, nostrum, uestrum: nam hi genitiui actiue significabant. Nunc mis, tis, sis, non sunt in usu. Nostrum uestrum fere partitiue ponuntur. Ideo per possessiua loquemur, filius, meus, tuus, suus, no-ster, uester, quæ actiue & possessiue sumuntur. Et meus ponitur interdum pulchre pro mei iuris, sic tuus pro tui iuris &c. Persius: Vindicta postquam meus à prætore recessi.

Annotatiuncula.

Ex prædictis, amor tui & amor tuus sic differunt. Amor tui, passiuè est quo tu amaris. Amor tuus, quo tu amas, siue te, siue alium. Sic utilitas mea, quam ego habeo: & utilitas mei, quam de me alii habent. Eadem differentia seruabitur in omnibus, quæ actiue & passiuè declarari possunt: quæ sunt, usus, memoria, fastidium, desyderium, cura, odium, dolor, potestas, & quod idem est copia, suspicatio, existimatio &c. Ouidius:

Sit tibi cura tui, sit tibi cura mei.
Plinius: Nulla est uoluptas, quæ non assiduitate sui fastidium pariat.

Regula quarta.

Quæuis proprietas, aut pars, cui mobile iungis,

DESPAVTERII

Laudem significans aut uituperamen in
hoc fit,

Vel sexto casu : ceu uult⁹ fcemina pulchri,
Aut uultu pulchro. Quandoq; synecdochē
habebit

Rite locum quarto aut sexto : ceu candida
collum

Aut collo, misere doleo cor, cordēue dices.

Nomen subiecti aut totius regit dictionem pro-
prietatis aut partis cum adiectiuo laudis uel uitu-
perationis, in genitiuo uel in ablatiuo. Proprieta-
tis, ut summæ uirtutis uel summa uirtute. Plinius:
Aristoteles uir immensę subtilitatis. Cicero: Non
multi cibi hospitem accipies, sed multi ioci. Teren-
tius: Homo antiqua uirtute ac fide. Partis: Populus du-
ra ceruicis uel dura ceruice. Herba magnæ radicis
uel magna radice. Parasitus auidissimæ gulæ uel
ore, adūco nasu. Subiectum est, cui aliquid accidit:
ut homo subiectum est scientiæ. Proprietas est res
quæ accidit: ut scientiæ est proprietas, quia accidit
homini.

Annotatiuncula.

Pars uel proprietas regitur à quatuor orationis
partibus.

A nomine. Lilius: Mulier magno natu. i. annosa.
A pronomine. Plautus: Tu cano capite, amas se-
nex nequissime.

Auct.

SYNTAXIS.

A uerbo substantiuo uel habente uim eius, aut saltem intercedente: Magna auctoritate es uir, aut magnæ auctoritatis. Suet. Cibi minimi erat. Cato:

Esto animo forti cum sis damnatus inique.

A participio: ueluti, Hic adolescens optimæ profecto indolis est, olim futurus magnæ auctoritatis apud principem.

Synecdoche quando fiat.

Quandoq; synecdoche habebit &c.) Nomen adiectiuum aut cum participio suo uerbum passiuum aut neutrum significans proprietatem aut accidēs in parte rei, potest illius partis dictionem in accusatiuo uel ablatiuo regere per synecdochen: ut *Acchiops albus dentes uel dentibus, doleo caput, uel capite, frangor brachiū uel brachio, fractus membra uel membris.*

Synecdoche quid.

Synecdoche est attributio partis ad aliquod totū, sub proprietate uerbi uel adiectiui: ut *nuda genu.* Ager depastus segetes. Flores inscripti nomina regum. Hæc figura (ut Valla docuit) tantum ad animi & corporis qualitatem pertinet nihil ad externa respiciens: proinde synecdoche non est, potens diuitijs, grauis pietate, præditus dignitate: sed in hoc Martialis disticho in *zoilum:*

*Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus
Rem magnam præstas zoile, si bonus es.*

Duplex est synecdoche, locutionis & constructionis. Locutionis synecdoche alterum ex altero intelligit: ex parte totum, ut octo animæ intraue-

D

runt

DE SPAVTERII

runt arcam Noë: ex toto partem, ut Petrus est in celo.

De synecdoche constructionis hic agimus, que diuiditur in directam & indirectam. Directa est in qua uerè partis dictio in accusatiuo uel ablatiue regitur: ut nuda pedem uel pede. Indirecta synecdoche est, in qua non uera pars, sed pro parte adiacens quippiam reperitur: ut sum albus uestem.

In synecdoche constructionis tria sunt necessaria: Totum, pars, proprietas, id est, uerbum uel adiectiuum.

Constructionis synecdoche poëtis maxime licet uti, proxime deinde historicis, oratoribus uix unquam.

Regula, quinta.

Opus, usus.

Poscit opus sextum toleras quandoque secundum.
Ut mihi opus libro est, At opus dux Tullius inquit,

Est nobis. Ut opus, Plautus sic utitur usus.

Opus regit ablatiuum cum datiuo intercedere uel bo substantiuo, habet quoque sed rarissime genitiuum pro ablatiuo. Cicero: Authoritate tua nobis opus est & consilio & etiam gratia. Ouidius:

Nec minor est uirtus quam querere parta tueri:
Casus inest illic, hic erit artis opus. Sallustius:
Priusquam incipias consulto, & ubi consulueris mature facto opus est. Hic ablatiuum participiorum neutri generis, eleganter ponitur pro infinitiuo, consilire & facere.

At

SYNTAXIS.

At opus dux Tullius &c.) Opus capit pro necessa-
 rius interdum, adiectiue ac indeclinabiliter, & ita
 quemuis casum secum permittit. Cicero: Dux no-
 bis & author opus est. Idem: Dices nummos mihi
 opus esse ad apparatus triumphi. Cæsar: Respon-
 dit si quid ipsi à Cæsare opus esset, sese ad eum uen-
 turū fuisse. Sic dicimus, opus est mihi consilio à te.
 Vt opus, Plautus sic utitur usus.) Vsus capitur ali-
 quādo pro opus, & regit similiter ablatiuum cum
 datiuo intercedente uerbo substantiuo, præsertim
 apud Plautum. In asinaria: Viginti iam usus est fi-
 lio argenti minis. Menedemus apud Terentium:
 Mihi sic est usus, tibi ut opus est facto, face.
 Ch. An cuiquā est usus homini se ut cruciet? Mena-
 Mihi est.

Regula de adiectiuis uerbilibus.

Actiue signans uerbale dabit genitiuum
 Mobile, ceu quædam quorum uix scitur
 origo.

Adiectiuum uerbale actiue significans regit geni-
 tiuum, ut quædam adiectiua de quibus an uerba-
 lia sint ambigitur: ut amans uini, patiens frigoris,
 consultus iuris, memor beneficii, compos uoti.

Vt plurimorum nominum ad hanc regulam
 pertinentium uis liquecat, opus est sequentem an-
 nectere differentiam.

Amans uini & amans uinum sic differunt. A-
 mans uini est, qui uinum multum cupit, & ex con-
 stuetudine amat: nec præsens tempus hic magis

DESPAVTERII

significatur quam preteritum, est enim amans nomen comparabile. Amans uinum est, qui iam amat uinum, & participium est. Sic patiens frigus, qui patitur. Patiens frigoris, qui per multam consuetudinem frigus facile tolerat: & multos uideas patientes frigus, minime patientes frigoris. Doctus grammaticam qui grammaticam didicit, etiam si neglexerit, participium est. Doctus grammaticam, qui multo usu grammaticam caller, nomen est. Ita dicentes in reliquis.

Vndecuplicia adiectiua nomina regunt casum huius regulæ.

Primo, in ans & in ens.

Amans, fugiens, fugitans, patiens, potens pro potentiam habens, nam pro abundans etiam ablatiuum habet. Vergil. de Italia:

Terra antiqua potens armis atq; ubere glebæ.
Seneca: Amantes tui ama. Sallustius: Catilina patiens inedia, algoris, uigiliae, supra quam cuique est credibile. Tacitus: Vulgus cupiens uoluptatum. Iuuenalis: Metuens uirgæ iam grandis Achilles. Gellius: Sallustius proprietatum in uerbis retinentissimus consuetudini concessit.

Secundo, in tus, sus, e præteriti temporis participijs.

Doctus, indoctus, profusus, peritus, imperitus, insuetus, suspensus &c. Sallustius: Alieni appetens, sui profusus. Horatius:

Ludere qui nescit campestribus abstinet armis.
Indoctusq; pilæ, disci ue, trochi ue quiescit. Ne

SYNTAXIS.

Ne spissæ rifum tollant impune coronæ.

Tertio, in iuus.

Cometes est belli significatiuus, Plinius: Imitatio iuris. Multis sic utuntur medici: ut herba expulsiua ueneni, uinum incentiuum libidinis, sic uirtus sui diffusiuæ, lapis consistiuus sanguinis, potio opulatiua alui. Ita apprehensiuus, penetratiuus &c.

Quarto, in idus.

Auidus, cupidus, trepidus, ualidus, impavidus. Pli. Natura hominum est nouitatis auida. Plautus: Leno auri cupidus. Ouidius: Cupidus studiorum quisq; suorum. Tacitus: Animi ualidus, & corpore ingens.

Quinto in ax.

Rapax, capax, ferax, fugax, sagax, peruicax. Quin. Natura tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis percepimus. Tacitus: Opum contemptor, recti peruicax. Ouidius:

Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa uetustas,

Omnia destruitis. Idem de seipso:

Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,

Sollicitæq; fugax ambitionis eram.

Sexto, in osus.

Ambitiosus dignitatis, studiosus, curiosus, incuriosus. Cicero de amicitia: Pilæ studiosi fuerunt. Philadelphus: Quid enim earum rerum sumus curiosi, quæ animæ curas non adimunt, sed augent. Osus, perosus, & exosus, modo nomina sunt, actiue significatiua cum genitiuo: ut exosus uitæ, perosus ri dēdi: sed passiuæ capta cū datiuo: ut Epictetus dijs

D in haud

DESPAVTERII

haud est exosus: Modo sunt picipia accusat' uñ re-
gētia : licet uerba exodi & perodi non sint in usu.
Columel. Immunditiā segnitiem perosa est. Quid.
Ille perosus opes, syluas & rura colebat

Septimo, in ius.

Dubius, nuncius, sciens, præsciens, consciens, nesciens,
innocens, obnoxius. Vergilius:

Fama est tam ficti, prauisq; tenax, quàm nūcia ueri

Idem:

Nescia mens hominum fati, fortisq; futurae,
Et seruare modum rebus sublata secundis.

Ausonius:

Quænam summa boni? mens quæ sibi cōscia recti

Octauo, in ilis.

Docilis, susceptibilis, penetrabilis, mutabilis. Qui-
dius: Praui docilis Romana iuuentus. Plinius: Lu-
scimas Græco atque Latino sermone dociles : hic
docilis ablatiuum habet. Valerius Maximus.
Alexandri pectus insatiabile laudis.

Nono, in rus.

Auarus pecuniæ. maturus, securus, gnarus, ignar^o.
Tacitus: Famæ nec incuriosus, nec uendicator: pe-
cuniæ alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ
auarus. Vergilius: Securus amorum. Horatius:

Græis ingenium, græis dedit ore rotundo
Musa loqui, præter laudem nullius auaris.

Decimo, in gus.

Prodigus pecuniæ. Belli præfagus. Ver. de Drance:
Largus opum, lingua melior, sed frigida bello
Dextera.

Vnde

SYNTAXIS.

Vndecimo, plurima diuerſe termina-
tionis nomina.

Rudis, compos, impos, memor, immemor, fœlix, infœlix, æmulus: multa puer ſimilia obſeruabis crebra lectione. Cicero: Græcarum literarum rudis. Plautus: Ita me rex deorum atque hominum faxit patriæ compotem. Salluſt. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Claud.

Munificus laudis, ſed non es prodigus auri. Oriundus rariffime habet genitiuum, frequenter uero ablatiuũ cū præpoſitiõe, uel ſine præpoſitiõe.

Regula ſeptima.

Affinis, ſimilis, cõmunis, par, propriuſq; ,
Finitim^o, fidus, cõterminus, atq; ſuperſtes,
Cõſcius & ſocius, cõformis, ſiue ppinqu^o,
Et uicinus, amicus, habet iũgi his alienus,
Hæc caſum ternũ donabunt, ſiue ſecundũ.
Cætera, quis damnũ ſignabitur utilitas ue,
Cum terno pones, Armis fer & aptus ad
arma.

Quædam adiectiua regunt genitiuum uel datiuum, frequentius tamen datiuum: ut affinis ſenectutis uel ſenectuti. Similis patri, plerumque dicitur de moribus: ſimilis patri, de figura. Comune omnium uel omnibus. Par tui. Par odio importuna beneuolentia. Finitimus fluuij uel fluuijo. Cicero: Eſt finitimus oratori poëta. Fidus amici uel amico, Conterminus fontis uel

DE SPATIIS

fonti. Superstes dignitatis paternæ, uel dignitati. Conscijs delictorum uel delictis. Socius belli uel bello. Conformis imaginis uel imagini. Propinquus, uicinus urbis uel urbi. Erasmus: Aurora musis amica est apta studijs. Quintilianus: Sicut aues ad uolatum, equi ad cursum, ad saeuitiam ferre gignuntur, ita nobis propria est mentis agitatio atq; solertia. Idem: Rationem nobis præcipuam dedit, eiusq; nos socios esse cum dijs immortalibus uoluit. Ouid. Mala sunt uicina bonis. Alienus consilij, consilio & à consilio. Terenti. Homo sum, humani à me nihil alienum puto.

Cætera quis damnatum &c.) Cætera adiectiua quibus significatur quæpiam utilitas uel damnatum, reperiuntur datiuum. Et sunt quintuplicia.

Primo, adiectiua aduersitatis siue contrarietatis.

Hyems est nobis grauis. Infestus hosti, id est ualde molestus. Infensus discipulo, id est ualde iratus.

Ouidius:

Qui color albus erat, nunc est contrarius albo. Plaut.

Opulento homini haud seruitus dura est.

Hoc magis miser est diuitis seruus. Hoc modo constructur plurima contrarietatis seu repugnantie uerba, de quibus agemus in constructione datiuum.

Secundo, adiectiua proximitatis.

Confinis, intimus, familiaris adiectiuum. Cato: Proximus ille deo, qui scit ratione tacere. Reducuntur huc multa proximitatis uerba: ut propinquo, adhæreo, proximo Solini uerbum, quod ut alia,

SYNTAXIS.

alia, pro datiuo potest habere accusatiuū cum præpositione ad. Solinus: Geloni ad hos proximant.

Tertio, uerbalia in bilis passiue significationis.

Ausonius: Multis terribilis, caucto multos. Horat.

Hic tibi fit potius, quàm tu mirabilis illi. Idem:

Nulli flebilior, quàm tibi Vergili. Vergilius:

Nec uisu facilis, nec dictu affabilis ulli.

Quarto uerbalia in dus.

Ouidius:

Sæpe tibi pater est, sæpe legendus auus. Idem:

Pauper agat caute, timeat maledicere pauper,

Multaq; diuitibus non patienda ferat. Horat:

Si uis me flere dolendum est Primum ipse tibi: Sed

hoc magis est gerūdium nominatiui casus. Legen-

dus nomen, id est, legi dignus, aut qui debet legi.

Legendus participium, id est, qui legetur: Ita dices

in reliquis.

Quinto, uaria.

Plurima datiuum asciscūt, de quibus non datur cer-

ta lex, quæ semper ex se uel ex adiuncto commo-

dum uel incommodum, damnum uel utilitatem

important: ut gratus, ingratus, iucundus, iniucun-

du, fidelis, fidus, perfidus, infidus, dulcis, amarus,

congruus, prosper, secundus, dexter, obnoxius, pe-

stifer, exitialis, lethalis, odiosus, malus, nequam etc.

Sapiens: Qui sibi nequam, cui bonus. Publi. O ui-

ta, misero longa, fœlici breuis. Seneca: Cunctis esto

benignus, nulli blandus, paucis familiaris, omni-

bus æquus. Plinius: Fidelissimi ante omnia homini

DESPAVTERII

eanes & equi. Cato: Somno ne deditus esto. Absonus fidei apud Lium, id est, infidelis. Absonus uoce, cui inepta uox est. Cicero: Sunt quidam aut lingua ita hæsitantes, aut ita uoce absoni. Absonus à uoce, id est, discordans.

Armis fer & aptus ad arma.) Quædam pro datione possunt accusatiuum habere cum præpositione ad. Horat.

Infirmo capiti fons aptus, idoneus aluo. Plautus: Tot quidem non potuisti adducere homines, magis ad hanc rem idoneos.

Regula octaua de partitiuis.

Partitiua uolunt genitiuum: ut signa, gradusque,

Pronomē, numerus duplex, aduerbia quædam. Dictio partitiua postulat genitiuum pluralem nominis non collectiui, uel singularem collectiui: ut quisque hominum. Dictio partitiua est adiectiuum uel ex eo aduerbium, multitudinis partem indicans: ut quisque, maior, maximus, maxime.

Annotatiuicula.

Pro genitiuo huius regulæ licet interdum ponere casus, per quos declaratur, nempe accusatiuum cum inter, aut ablatiuum cum de, uel ex, uel in pro inter: ut unus istorum, id est, inter istos, de uel ex uel in istis. Sueton. Verbum M. Catonis est: unum ex omnibus Cæsarem, ad euertendam rempublicam sobrium accessisse.

Concordantia partitiua cum genitiuo.

SYNTAXIS.

Sit cōforme genus, partitio quādo notat̃.
 Ni collectiuum, uel uox heteroclitica detur.
 Recte etiā dices: Quid agis dulcissime rex.
 Adiectiuum partitiuum conuenit cum genitiuo
 in genere: ut quisq; uirorum, quæq; foeminarum.
 Tres sunt ab hac regula exceptiones. Prima in col-
 lectiuis: ut optimus plebis. Secunda in heteroclitis:
 ut infimum cœlorū lunā continet. Tertia ubi adie-
 ctiuum præcedens respicit. Teren. Est genus ho-
 minum, qui se primos omnium rerum esse uolūt.
 Horat. Quid agis dulcissime rerum? Boëtius: Con-
 sitemur deū omnium rerum esse præstātissimum.

Ad regulam partitiuorum pertinentia.
 Quintuplices dictiones regunt genitiuum per re-
 gimen partitionis.

Primo signa, uniuersalia quidem: ut quicumque
 hominum peccauerit punietur. particularia uero:
 ut furrripuit commilitonum aliquis librum meum.
 Interrogatiua: ut quis horum mecum ibit? Vter ue-
 strum scit Latine?

Secundo casum huius regulæ petunt gradus cō-
 paratiōis. Positiuus quidem. Plinius: In capite pau-
 cis animalium, nisi uolucris apices. Idem: Lana-
 rum nigræ nullum colorem bibunt. Comparati-
 uus: ut fortior manuum est dextera. Superlatiuus:
 ut doctissimus poëtarum, optimus plebis.

Regula de comparatiuo & superlatiuo.
 Res similis gñis medi^o grad^o atq; suprem^o
 Poscunt, ille duas, hic plures usq; duabus.

Com

DESPAVTERII

Comparatiuus & superlatiuus, ut regant genitiuum per regimen partitionis, requirunt comparationem inter res eiusdem generis uel nature: Comparatiuus inter duas, superlatiuus inter plures duas: ut dextra est fortior manuum. Pollex est fortissimus digitorum. Ideo male dicitur, Hector est fortissimus Græcorum, quia non fit comparatio inter ea quę sunt eiusdem generis, quā Hector non fit Græcus, sed Troianus. Esse eiusdem generis nihil hic est aliud, quā rem excedentem contineri sub casu comparatiui uel superlatiui.

Regula comparatiuo propria.

Sin minus ista aderūt, medio gradui dato sextum.

Vbi comparatio non fit inter duo eiusdem generis, comparatiuus habet ablatiuum: ut doctior illo, uel doctior illis. Hector fuit fortior quouis Græco. Horatius:

Vilius argentum est auro, uirtutibus aurum.

Appendix I.

Additur comparatiuo ablatiuus mensuram excessus significans: ut sum longior te quatuor digitis. Item hi ablatiui, opinione, fide, iusto, æquo, solito, dicto & similes rem excessam non significantes. Cicero: Maiorem opinione hominum cepi dolorem. Iuuenalis:

Ponamus nimios gemitus, flagrantior æquo
Non debet dolor esse uiri.

Appendix II.

Com

SYNTAXIS.

Comparatiuus ac superlatiuus regunt etiam oēm casum sui positiui: ut plenior rimarū, plenissimus rimarum; quia plenus rimarum dicimus. Sic gratus regi, gratior regi, gratissimus regi.

Annotatiuncula.

Comparatiuus in neutro genere elegantissime ponitur, ut ornatius dixeris, nihil tuo patre generosius, nihil Vergilio suauius, nihil matre tua castius: quàm nullus patre tuo generosior, nemo Vergilio suauior, nulla matre tua castior. Redeo ad partitiua.

Tertio omne ferè pronomen regit genitiuum huius regulæ: ut hæc uolucrum, illa sororum. In ethi- cis Aristotelis: Laudamus quidem iuuenum eos, qui sunt uerecundi.

Quarto duplex numerus regit casum huius regulæ: numerus cardinalis, id est principalis quo uulgo numeramus, duo, tres, quatuor, quinque: ut duo istorum, centum uirorum: & numerus ordinalis, quo ordinem indicamus: ut primus hominū, octauus sapientum. Vnus, numeri principium & solus, pro quo unus eleganter ponitur, hunc casum regunt. Plinius: Caluitium uni tantum animalium homini. Idem: Solus animalium. Quot, quotus, totus, ultimus, ad numeros pertinent, ideo genitiuum partitiue regunt. Terent. Quot hominum illic litigat. Iuena. Regum ultimus ille bonorum.

Quinto aduerbia quædam regunt casum huius regulæ: ubique locorum, nusquam scripturarum. Omnium dulcissime canit philomela. Plinius:
Lyn

DESPAVTERII

Lynces clarissime omnium quadrupedū cernunt.

Annotatiuncula.

Substantiua partitiue non regunt, nisi per subau-
ditionem adiectiui partitiue positi. Plinius: Qua-
drupedum talpis uisus non est: subaudi solis. Scien-
dum est etiam nomina quædam sub prædictis non
comprehensa partitiue construi: ut medius & di-
midius: Hora. Virtus est medium uitiorum. Idem:
Dimidium facti, qui cepit habet.

Regula nona.

Dat patrium aut sextū tibi copia sicut ege-
stas:

Plenus, inops, saturat cū fratrib⁹, implet,
abundat,

Atq; egeo, careo, testes quibus adijce san⁹,

Et miser, & dign⁹ cū pluribus, & bñ multa

Verba, uelut crucio cū pēdeo, letor & ango

Desipio, abstineo, potior sic ponis, alōq;

Indoleo, recreo, quæ pluraq; p̄sa recludet.

Adiectiua & uerba quædam copix, egestatis, cum

nōnullis alijs regunt genitiuum uel ablatiuum: ut

plenus rimarum sum, sinum lacte plenum. Inops

consilij sum, inops sermone. Potior regni. Vergil.

Auro Vi potitur. Quid non mortalia pectora co-

digeas patris. Valerius: Malo uirum pecunia, quā

pecuniam uiro indigentem. Iam late omnia de-

clarabo

Adico

SYNTAXIS.

Adiectiua genitiuum uel ablati-
uum regentia.

Genitiuum uel ablatiuum indifferenter habent:
Plenus, locuples, satur, diues, abundans, refertus,
fecundus, egenus, indigus, immunis, pauper &
plura si doctissimorum usum diligēter rimemur.
Vergilius: Despectus tibi sum, nec qui sim quæris
Alexi, Quam diues pecoris, niuei quam lactis ab-
undans: Hic abundans nomen est teste Priscia-
no, quia uerum abundo rarissime genitiuum regit.
Horatius: Diues agris, diues positis in fœnore nu-
mis. Lucanus: Fœcunda uirorum Paupertas fu-
gitur. Plautus: Amor & melle & felle est fœcun-
dissimus. Ouidius: Quis matrem, nisi mentis in-
ops, in funere nati, Flere uctat? Cicero: Inops uer-
bis.

Sæpius genitiuum regunt, sterilis, uianus, ex-
pers, inanis & alia nonnulla. Plautinus Sosia: Ipse
diues, operis & laboris expers, Quodcumq; homi-
ni accidit, libere posse retur, Aequū esse putat, non
reputat laboris quid sit. Persius: O curuæ in terræ
animæ, & cœlestium inanes.

Ablatiuum sæpius habent quā genitiuum, trū-
cus, oneratus, orbis, orbatus, dignus, indignus, ui-
dius, uacuis, contētus, saucius, lapsus, miser, sanus,
& plura si doctorum scripta diligenter euolueris.
In sacris: Dignus est mercenarius mercede sua. Ca-
ptus oculis, auribus, pedibus, mente, membris. i. ca-
rens horum usu. Captus auaritia, amore. i. deten-
tus. Captus amaritudine loci, id est, delectatus.

Quæ

DE SPAUTERII

Quædam habent etiam ablatiuum mediante præpositione. Sallustius: Omnes homines, qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia uacuos esse decet. Terent. Ne expers esset de nostris bonis.

Verba genitiuum uel ablatiuum regentiã.

Licite genitiuum uel ablatiuum regunt ego atq; indigeo: ut reliqua huius regulę uerba sæpius ablatiuum, ut impleo, compleo, saturo, abundo, potior, pendeo, lætor &c. Id semper obseruandum est, ut oratio nostra uarietate delectet citra affectationẽ. Quædam quoq; habent ablatiuum intercessu præpositionis aut pro eo datiuum: ut abstine isti hanc tuam manum, id est, ab isto: apud Plautum. Sic impleui nauem de omni genere frumẽti. Et refer si apothecam de uaria natura uinorum. Vix ausim (inquit Valla) præpositionem hic ommittere, quia non est nauis impleta omni genere frumenti, sed frumento omnis generis. Neq; apotheca referta est omni natura uinorum, sed uino omnis nature.

Sunt quę uariant constructionem: ut affluis, ab undas amore, uel affluit, abundat tibi amor. Publius: Negandi causa auaro nusq; deficit. Participo te auro uel auri. Participo pœnam, id est, in pœna suo particeps. Cic. Qui alteri exitium parat, hunc scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem.

Dat patriũ aut quartũ fastidio sed mage quartũ. Fastidio hanc rem, nunc dicimus, olim etiam fastidio huius rei. Lucil. Tristes, difficiles sumus, fastidimus honorum: sic plures antiquorũ teste Nonio

Reo

SYNTAXIS.

Regula decima.

Dic satago rerum. Patrium aut dantem
 misereri,
 Sed magis uult patrium, Dominor dat ri-
 te datiuum,
 In sacris etiam patrium, uelut auxiliari.
 Grammaticæ leges plerunq; ecclesia spreuit:
 Tu uiuendo bonos, scribendo sequare pe-
 ritos.

Satago exigit genitiuum rerum. Terent. Is quoq;
 rerum suarū satagit. Misereor uult genitiuum uel
 datiuum, sed melius genitiuum. Huic synonymum
 miseresco eosdem petit casus. Verg. Miserescite re-
 gis. Idem:

Nil nostri miserere, mori me deniq; cogis.

Misereor semper habet accusatiuum: & differt à
 misereor. Misereri passiuum affectū habet, est em̄
 corde anxium esse ex alicuius miseria Miserari ue-
 ro actiuum, estq; uerbis, lachrymis aut ope, dolo-
 rem quem ex miseria uel nostra, uel aliena habe-
 mus ostendere: Ab illo fiunt, misericors & miseri-
 cordia, ab hoc miserator & miseratio: quæ nomi-
 na eodem modo distinguuntur. Cicero: Misericor-
 dia est ægritudo ex miseria alterius. Sed ad rem.

Dominor dat rite datiuum &c.) Dominor & auxi-
 lior datiuum postulant: in sacris etiam cum geni-
 tiuo leguntur. Cæterum si recte uiuere uelimus,
 sanctos imitabimur, etiam indoctissimos: Si uen-
 ste cupiamus scribere aut loqui, linguæ Latinæ pe-
 ritos

DESPAVTERII

ritos imitari studebimus, licet Nerone peiores.
Præter dictos casus, dominor etiam habet accu-
satum mediante præpositione, aut ablatiuū. Cic.
Fœlix senectus, si usq; ad ultimū spiritum domina-
bitur in suos. Sall. Fortuna in omni re dominatur.

Regula undecima.

Accuso, damno, moneo, contraria laudo,
Criminis aut pœnæ uel laudis habento se-
cundum,

Aut sextū. Sed Valla dedit trīmodo sextis
Altero & ambobus, neutro, uel utro uel
utroque.

Verba accusandi, damnādi, monēdi, laudādi, & his
cōtraria: ut excusandi, absoluēdi, uituperādi, regū-
tūm uel ablatiuū criminis, pœnæ, admoniti, lau-
dis, uituperij. Oīa ferme genitiuū frequētius habet,
quā ablatiuū, dēpris quinq; ablatiuis, altero am-
bobus, neutro, utro, utroq; per quorum genitiuos
hic loqui non licet teste Valla: ut utro accusatus es,
furti an homicidij: non utrius.

Accusandi uerba.

Accuso, incuso, ago, postulo, arcesso, infimulo, ar-
guo, noro, defero, alligo, astringo, criminor & simi-
lia: ut accuso te furti uel furto. Incuso te negligētiā
uel negligentia. Plaut. Qui alterum incusat, p̄ri,
ipsum se intueri oportet. Cic. Ne quē unq̄ innocen-
tē iudicio capitis arcessas. Ter. Si herum infimula-
bis auaritiæ, male audies. Oui. Utinā temeraria di-
car, Criminibus falsis infimulasse uirū. Ter. Hic fur-
ti se

SYNTAXIS.

ti se alligat. Plaut. Furti se astringit. Hiero. Qui al-
terum mendacij criminariis, desine ipse mentiri.

Excusandi uerba.

Excuso, purgo, expurgo me parricidij uel parrici-
dio. Lucanus: Littusq; malignum excusat. Eodem
modo dicimus: Littus malignum causatur, causa
tur morbos, id est, in excusationem adducit.

Damnandi.

Damno, cōdemno, multo, admulto, punio, plecto,
conuincio, redarguo. Ad accusationem uel damna-
tionem pertinent etiam, tenco, interrogo, cado, pe-
riclitor, pecco, perdo, do pccnas, fatidō, suspectum
habeo: ut qui suscipit rem sacram de prophano, fur-
ti ne tenetur, an sacrilegij, an utroque? Horatius:
Damnatus longi Sisyphus laboris. Cicero: Capite
damnatos, morte multauit. Idem: Si iniquus es in
me iudex, condemnabo eodem te crimine. Idem:
Me ipsam inertiae nequitiaeque condemno.

Absoluendi.

Absoluo, libero &c. ut absolutus est parricidij uel
parricidio.

Monendi.

Moneo, admoneo, commoneo, commonefacio te
debiti. Liuius: Aduersae res admonuerunt religi-
onum. Commemoro pro admoneo rerū est cum
genitiuo.

Laudandi.

Laudo, miror, probō, cōmēdo: ut cōmēdo te pieta-
tis aut pietate. Seruius figurā Gracā hic esse putat:

DESPAVTERII

Vir Troiane quibus cælo te laudibus æquens,
Iustitiæ ne prius mirer, belli ne laborum?

Vituperandi.

Vitupero, corripio, reprehendo, increpo, increpito
te negligentia, malè gestæ rei.

Appendix.

Ablatiuo huius regulæ apponitur interdum præpositio: ut ago te repetundarum, repetundis, aut de repetundis. Cicero: Lex uetat, eum qui de pecunijs repetundis damnatus sit, in concione orationem habere. Ponitur interdum crimen in accusatiuo. Cicero: Inertiam accusas adolescentium. Sic quoque admonitum, laus, uituperium. Terent. Ridiculum est, te istud me admonere Clitipho. Cuius: Tunc agitur censura, et sic exempla parantur, Cum iudex alios quod monet, ipse facit.

Regula duodecima.

Verba uolunt sexto pretium. Ponas sine fixo,
In patrio, pluris, tanti, quanti atque minoris:
Cum fixo in sexto. Raro quartum ualeo uult,
Vilius & melius, peius uel carius emi,
Valla negat, recte dici per nomina posse.
Omne uerbum cuius actus aliquo pretio constat,
potest regere post se nomen pretij uel ualoris in
ablatiuo: ut emi abs te equum decem aureis. Excipiuntur quatuor nomina, tanti, quanti, pluris, atque minoris, cum compositis, tantilibet, tantidem, quantius & similibus, quæ sine substantiuis in genitiuo ponuntur: at cum substantiuis in ablatiuo: ut quanti
pran-

SYNTAXIS.

pransus es, aut quanto pretio. *Quancuncque lo-*
cabis, præstaret domum uendere.

Valeo huc pertinet: ut tanti res ualet, quanti po-
 test uendi. Aliquando hoc uerbum regit pretium
 in accusatiuo. Varro: Denarij dicti, quod denos æ-
 ris ualebant: quinarij, quod quinos.

Vilius & melius &c.) In quibusdam solum aduer-
 bialiter loquendum est teste Valla: ut emo uilius et
 melius, id est, quod barbari dicunt, pro meliore fo-
 ro: Latini, emo minoris. Emo peius aut carius, id
 est, pluris.

Verba huius regulæ.

Emo, comparo, mercor, uendo, uenundo, distraho,
 ueneo, loco, conduco, taxo, liceo, addico, metior,
 fceneror, pacifcor, mutuor, sto, consto, sum, redimo,
 ædifico, impleo, calceo, doceo, ago, &c. Emi tanti,
 quanti uoluisti: pulchre subauditur uendere. He-
 ctoris exanimum corpus uendebat Achilles auro.
 Teren. Quid agas? nisi ut re redimas captum quã
 queas minimo: & si nequeas paulo, aut quanti que-
 as. Plin. de Pamphilo pictore: Docuit neminẽ mi-
 noris talento, quam mercedem & Apelles & Me-
 lantius ei dedere. Quanti stat, quanti constat, idem
 sunt. Seneca: Paruo fames constat, magno fastidi-
 um. Liuius: Multo sanguine ac uulneribus ea Pœ-
 nis uictoria stetit. Terent. Quanti est sapere, id est,
 ualet. Plautus: Pluris est oculatus testis unus, quã
 auriti decem.

Annotatiuncula.

Tanti, quanti, pluris, minoris, sunt hic substantiua
 E iij teste

DE SPAUTERII

est Lanciloto. Præterea eiusmodi orationes, qualis est hæc Plauti. Mortuus pluris pretij est, quam ego: & Terentij, Meam herus operam deputat parui pretij: pertinent ad regulam quartam genitiui, & in posteriore subaudiendum est, esse.

Regula XIII.

De uerbis æstimandi.

Tmesis. Aestimo, curo, puto, facio, cū cōsulo, duco, Pendo, habeo, refert, est, int' & est bñ iūgo, Añ dabunt rectos patrios, cū plurimi et eq̄ Et parui, nihili, nauci, flocci; boniq; Magni, infiniti, maioris, maximi & assis Et minimi, multi. Quedā bñ ponito sexto, Verba æstimandi: ut æstimo, existimo, curo, puto, facio, cōsulo, duco, pēdo, habeo, sum, & de quibus sequitur peculiaris regula, interest ac refert: præter genitiuos, tanti, quanti, pluris, minoris, regunt etiam genitiuos, plurimi, equi, parui, nihili, nauci, flocci, boni &c. quibus additur genitiuus pili & forsitan plures. Pro quibusdam possunt habere ablatiuum: ut æstimo te assis, uel asse, existimo te magni, uel magno. Vale. Max. Magno ubiq; pretio uirtus estimatur. Sen. Data magno æstimas, accepta paruo. Cice. Gloriosa sapientia non magno existimanda est. Exempla de genitiuo: Terent. Quid de me faciat, parui curas. Plaut. Respicio, uos nihili meā gratiā facere. Nihili uel pro nihilo hunc habeo libru. i. contemno, non autem possideo. Plaut. Qui homo timidus nō erit in reb⁹ dubijs, nauci nō erit. Quid. Plu

SYNTAXIS.

Pluris opes nunc sunt, quàm prisca tēporis annis.
 Boni consulo, id est, in bonam accipio partem. Con-
 sulo te, id est, consiliū à te peto. Consulo tibi, id est,
 do cōsiliū. Cōsulo honori aut famæ, id est, puideo.

Regula XIII.

**Pauca recordādi patriū, quartū ue regrūt:
 Ut memini, memoror, sic obliuiscor ha-
 betur.**

Pauca uerba recordandi: ut recordor, memini, me-
 moror, deponens, reminiscor, recolo, & hoc uerbū
 obliuiscor, regunt genitiuū uel accusatiuum. Cice.
 Proprium est stultitiæ, aliorum cernere uitia, obli-
 uisci suorum. Ver. Quisquis es amissos hinc iam ob-
 liuiscere Graios. Plaut. Faciam ut huius diei lociq;
 meiq; semper meminerit, qui mihi in cursu obstate-
 rit. Cic. Illud semper memento: qui ipse sibi sapiens
 prodesse nequit, nequicq; sapit. Memini pro mētio-
 nem facio, respuit accusatiuū, postulatq; solum ge-
 nitiuum uel ablatiuū cum prepositiōe de. Sic dices
 etiā recordor, cogito de hac re. Cice. Obliti salutis
 meq; de bonis ac de liberis uestris cogitate.

Appendix.

Huc pertinent, uenio in obliuionem, uenit in men-
 tem illius diei, uel uenit in mentem ille dies. Subit
 cogitationi, uel subit animum cogitatio. Fugit, la-
 tet me hæc res, id est, rem ignoro, aut nō recordor.
 Lucanus per datiuum ait: Tu mihi causa lates.

Regula XV.

Refert, inter & est, est signans cōmoditatē, Tmefis

DESPAVTERII

Officiū ue petit quosuis patrios, nisi septē;
Refert inter & est nostraq; mea q; referto
Cum reliquis. Capiet cuia uel cui⁹ utrūq;
Est nostrū, uestrūq; meum q; tuūq; suūq;
Hæc tria uerba, refert, interest, et est, ad alicuius rei
commoditatem, uel utilitatem, uel officium perti-
nentia, regunt quosuis genitiuos, præter septem
primitiue species, mei, tui, sui, nostri, uestri, nostrū,
& uestrum: pro quibus refert & interest regunt
ablatiuos, mea, tua, sua, nostra, uestra, quibus iungi-
tur cuia: Est uero capit nominatiuos, meū, tuum,
suum, nostrum, uestrum.

Exempla de genitiuis.

Vxoris refert, quid rerū gerat maritus nosse. Cice-
ro: Interest oīm recta agere. Idē: Adolescentis est,
maiores natu uereri. Plautus: Est miserorū, ut ma-
leuolentes sint, atq; inuideant bonis.

De ablatiuis cum interest & refert.

Terentius: Tua quod nihil refert, percontari desi-
nas. Suetonio, de Iulio Cæsare. Ferunt dicere solitum,
non tam sua, quàm reipublicæ interesse, uti saluus
esset. Dices, cuius uel cuia interest.

De nominibus cum est.

Cicero: Neque enim meum est, contra authorita-
tem senatus dicere. Idem: Tuum est consulere tem-
poribus, & incolumitati, & uitæ, & fortunis tuis.

Appendix.

Dictis ablatiuis apponuntur interdum genitiui,
unius, solius, ipsius: ut mea uni⁹ refert. Item geni-
tium

SYNTAXIS.

tui signorum quorundam: ut cuiusq; omnium. Et
 numerorum cum cognatis: ut duorum, trium: pau-
 corū, multōrum. Præterea genitiui participiorum.
 Qui quidē omnes (ut hæc utilissima sane παρέρως
 addam) illis non solum ablatiuis apponuntur, ue-
 rum etiam alijs possessiuorum pronominum casi-
 bus, & genitiuis primitiuorum, mei, tui, sui, nostri,
 uestri, quibus etiam gerundiuorum genitiui iun-
 guntur. Hæc per ordinem declarabo exemplis. Ci-
 cero: ex tuo ipsius animo cōiecturam ceperis. Idē:
 Voluntati uestre omnium parui. Liuius: Noster du-
 orum euentus ostendat, utra gens bello sit melior.
 Brutus ad Ciceronem: Qui uestris paucorum re-
 spondeat laudibus. Cicero: Quocunq; tempore mi-
 hi potestas presentis tui fuerit. Ouidius: Copia pla-
 candæ sit modo parua tui: hic tui à tu, est fœmini-
 ni generis. Hæc dedisse exempla, tanquàm formas
 plurium fingendorum sufficiat.

Appendix II.

Interest & refert habent etiam genitiuos, non si-
 gnificantes res quarū interest, uidelicet tanti, quan-
 ti, magni parui: In reliquis sæpius habent uel no-
 mina uel aduerbia: multum, plus, plurimum, ma-
 gis, minus, parum, paululū, maxime, minime, pau-
 xillum, nihil, aliquid, quid & si qua sunt similia: ut
 magni mea interest. Cice. Permagni interest, quo
 tēpore hæc epistola tibi reddita sit. Valerius Max.
 Nihil interest, an humi, an sublime putrescā. Iuue.
 Plurimū enim intererit, quibus artibus aut quibus
 hunc tu Moribus instituas. Minimum interest, id
E V est,

DE SPAUTERII

est, pauxillum. Minime refert, id est, nihil. Terent.
Quid tua malum, id refert? Responder alter, ma-
gni: Malum est interiectio. Notandum est, & hos
genitiuos addito substātiuo in ablatiuum mutari.
Iuuen. Paruo discrimine refert,
Quo gestu lepores, aut quo gallina secetur.

Regula XVI.

Pœnitet & tædet, miseret, pudet, & piget,
optant

Accusatiuum patientem cum genitiuo.

Hæc quinque impersonalia actiue uocis, pœnitet,
tædet, miseret, pudet, piget, regunt accusatiuum pa-
tiētis rei cum genitiuo agentis, cuius loco interdū
habent uerbum infinitum: ut pœnitet me peccati,
uel pœnitet me peccasse. Tædet te uitæ, tædet te ui-
uere. Miseret Christum peccatoris. Plautus: Alio-
rū te miseret, tui te nec miseret, nec pudet. Sub mi-
seret comprehenditur miserescit, sub alijs compo-
sita: ut pertædet, dispudet. Gellius de Euripide: Ma-
trimonij pertædebat. Cornel. Nepos in uita Attici:
Nusquam suscepti operis eum pertæsum est. Pertæ-
sus ignauie: participiū est. Pertæsus ignauia: nomē.

Regula XVII.

De tenus, ac obiter de alijs præpositionib⁹.
Sæpe tenus patrium numero præeunte ca-
rentem,

Aut res signatē geminas, uult Valla tenere,
Vult ad cū socijs quartū, uelut absq; Latinū
Sub,

SYNTAXIS.

Sub, super, in, subter, casu iunguntur utriq;
 In uario sensu: facilis docet omnia prosa.

Tenus præpositio petit genitiuū pluralē, res gemi-
 nas (ut Valla notauit) significantē, aut nūero singu-
 lari carētē; alioqui uult ablatiuū, in plurali etiā quā-
 doq; genitiuū. Exēplū ubi res sunt geminę. Vergil.

Optima toruæ

Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
 Et crurum tenuis à mento palearia pendent.

De genitio singulari numero carente. Cælius: Illi
 rumores de comitijs transpadanorum, Cumarum
 tenuis caluerunt. De secundo genitio. Olympus
 attollitur nubiu tenuis. De ablatio singulari. Ver-
 Lateri capulo tenuis abdidit ensem. Hinc hæctenus

quatenus, eatenus: quæ plæruncq; aduerbia sunt.
 Vult ad cum socijs quartum.) Ad apud &c. quæ si-
 mul ponuntur in Donato, regunt accusatiuum ca-
 sum: ut ad patrem, apud uillam. His Valla uersus
 addit, quod semper postponitur. Sallustius: Aegi-
 prum uersus.

Velut absque Latinum.) A, ab, abs, & quæ cum his
 ponuntur in Donato, regunt Latinum, qui abla-
 tius est, ut à domo, ab homine.

Sub, super, in subter.) Quatuor sunt præpositiones
 accusatiuum uel ablatiuum regentes, in, sub, super,
 & subter, sed plæruncq; in diuerso sensu: ut sum in
 templo. Vado in forum. Vtriq; interdum casui ser-
 uiunt, clam & procul præpositionibus annumeran-
 dum. Curtius: Procul muro. Liuius: Procul muros
 Sed hæc sine casu aduerbia sunt. Ouidius.

Sint

DE SPAUTERII

Sint procul à nobis iuuenes ut fœmina compta,
Verg. Clam ferro incautum superat.

De præpositionibus accusatiuum pe-
tentibus annotatiunculæ.

Ad & apud differunt.

Ad tam motus, quàm quietis uerbum admit-
tit: ut Samnites ingrediuntur ad Cirium, seden-
tem ad focum. Apud solum quietis uerbum desy-
derat, aut saltem non exterioris motus: ut sedeo
apud Petrum.

Ad pro circiter ponitur. Cicero: Dormit ad ho-
ras tres. Elegantiam habent: Omnes ad unum pe-
riente, id est, nullo excepto. Ad amissim ad unguem,
id est, exactissime, exquisita diligentia. Ad tempus.
Item ad habet uim similitudinis. Terent. Pulchra
quidem, sed nihil ad nostram hanc.

Apud, penes distinguuntur.

Apud locum aut personam innuit: ut uidi te apud
forum. Cœnaui apud Pompeium. Penes personam,
dominum ac potestatem. Ianus apud Ouidium:
Me penes est unum uasti custodia mundi. Horat.
Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq;
Quæ nunc sunt in honore uocabula, si uolet uisus,
Quem penes arbitriû est, & uis, & norma loquendi.
Interdum, sed rarissime loco seruit. Cicero: Penes
scenam, id est, apud scenam.

Ante & post.

Ante & post, ubi accusatiuus abest aduerbia sunt,
pro antea, postea. Verg. Longo post tempore ue-
nit.

S Y N T A X I S.

nit. Et dicimus, multo ante uel post, aut ante uel post multo, Item, post paulo, uel paulo post: cōtra indoctos.

Sic omnes præpositiones absente casu aduerbia scunt. Perius: Nec te quæsieris extra. Plaut. Veniam aduersum tempori, id est, obuiam tempestiue,

Cis, citra cum contrarijs.

Cis & citra, quibus opponuntur trans & ultra, nihil differunt, nisi quod cis antiquius est, magisque nominibus montium uel fluuiorum præponitur: ut cis Rhenum, cis Alpes. Nec tamen male dixeris, citra Rhenum. Et cis aliquando pro ultra ponitur, teste Marcello. Citra ponitur etiam pro minus, & ultra pro magis quam: ut citra naturæ leges, id est, minus quam naturæ leges patiantur. Item citra, id est, sine. Seneca: Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem.

Circa, circiter, erga.

Circa ad locum & tēpus refertur: ut circa forum, circa horam tertiam. Circiter ad tempus numerumque. Plaut. Redito huc circiter meridiem. Curt. Circiter duo milia. Aliquando etiam locum dicit, & sæpe aduerbia scit: ut lapis circiter in medio quadratus.

Erga ad personam refertur. Corn. Taci. Erga populum superbum, erga principem contumeliosum. Ideo non bene Latine dicitur, Martha sollicita es & turbaris erga plurima: dicendum fuerat circa, ut monet Laurentius Valla. Sic loquitur Quintilianus: Placataque contra frigus ex suo corpore ue-

stium

DESPAVTERII

stiuntur, & arma ijs ingenita quædam, & ex obuiò
fere uictus, circa quæ omnia multus hominibus la-
bor est.

Inter, Intra & extra.

Inter innuit medians aliquid: ut multa cadūt inter
calicem supremæq; labra. Intra, certos loci, tempo-
ris aut alterius rei fines demonstrādo in significat,
habetq; contrarium extra. Horatius:

Iliacos intra muros pugnatur & extra.
Intra triduum. Intra famam. i. citra opinionem.

Infra, supra, Super, subter.

Infra ad dignitatem refertur: ut infra omnes infi-
mos es homo nequissime. Et ad locum, habetq; re-
latiuum supra, cum quo res plæruncq; significat in-
teriecto spatio distantes: ut infra tectum es, si fo-
co affideas. Nubes supra nos pendent. Vergilius:
Tum mihi cœruleus supra caput astitit imber
Noctē hyemēq; ferēs, & inhorruit unda tenebris.
Eodem modo subter & super relatiua sunt, nec di-
stantiam, quemadmodum illa, sed rerum conta-
ctum frequenter significant: ut sedeo super lapidē.
Urinator mirifice subter aquam durat.

Iuxta, prope.

Pro eodem accipiuntur iuxta & prope. Iuxta au-
tem aduerbium apud eloquentissimos sæpe signi-
ficat similiter, eodem modo, æque. Sallustius de
inertibus: Eorum ego uitam, mortemq; iuxta cōsi-
mo, quoniam de utraq; filetur. Erasmus Roterod-
damus. In aliorum pulchre ac turpiter factis, quid
deceat, quid non, iuxta uidemus.

SYNTAXIS.

Ob, propter.

Causam innuunt ob & propter: ueluti ob uirtutem amandus es. Cicero: Is denique honos mihi uideri solet, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris uiris defertur, & datur. Propter etiam prope significat.

Vergilius:

Et uiridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam.

Ob interdum significat ante. Liui. Fœda mors ob oculos erat.

Secundum, secus.

Caper negat, recte dici, secus te sedeo: quia dicendum est, inquit, secundum te sedeo. Variat autem secundum significationem. Cicero: Proxime secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt: Hic post & quasi secundo loco significat. Item secundum te iudico, id est pro te. Secundum quietem tua imago mihi obuersata est, id est, inquit etc. Vulgare est, secundum Solonem cecinit Ouidius:

Ultima semper

Expectanda dies homini est, dicitur beatus
Ante obitum nemo, supremamq; funera debet.

Vsq;.

Vsq; sine alia præpositione apposita gaudet præterea postponi: ut Romam usq; iter habeo. Addita præpositione transit in aduerbium. Cicero: Vsq; ad Numantiã misit. Terent. Ex Aethiopia est usq; hæc. Usurpatur etiam quando aduerbium est, pro assiduitate, diu, semper. Plaut. Valuisti usq; Præ

DESPAVTERII

Præpositiones ablatiui casus.

A, ab, abs, idem significant. Sed à solum consonantibus iungitur, ab uocalibus, raro autem alijs consonantibus quàm i consonanti & liquidis l & r: ut ab Ioue, ab lege, ab rege. Ouidius:

Viuitur ex rapto, nec hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.
Abs uix aliter utimur, quàm ante q & r: ut abs Titio. Terentius: Abs quiuis homine beneficium accipere gaudeas.

A uel ab pro post ornate ponuntur. Persius:
O Iane à tergo quem nulla ciconia pinxit.
Item defensionis uim habent. Cicero: M. Cælius talis tribunus fuit, ut nemo contra ciuium pedicorum popularem turbulentamque dementiam à senatu, & à bonorum causa steterit constantius: id est, pro partibus senatus, pro partibus bonorum.

Ab epistolis, à rationibus dicitur, qui epistolis, rationibus præest. A secretis, id est, secretarius, secretorum socius.

Ab re, id est, præter rem, indecens, inutile. Lilius: Haud ab re duxi.

Cum.

Cum aliquando euphoniae causa necessario ponitur: ut mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum. Qua cum, quo cum, quibus cum, melius quàm cum qua, cum quo, cum quibus. Cicero: Quid dulcius, quàm habere, quo cum omnia audeas loqui, ut tecum?

Coram, clam, ante, palam.

Coram

SYNTAXIS.

Coram aduersatur clam, & differt ab ante: Nam ante oculos, longe intelligi potest. Coram proximitatem significat. Teren. Quæ mihi ante oculos coram amatorem adduxit tuum.

Differt quoq; coram à palam. Coram ad certas personas pertinet. Palam ad omnes, & ferè aduerbium est, pro manifeste. Terentius: Quæ uera audiui taceo, & contineo optime: Sin falsum, aut uanum, aut fictum est, continuo palam est.

De, e, ex.

De ab à differt: De materiam significat, quem admodum è & ex. A nunquam materiam innuit, sed efficientem causam. Plini. Liber tam ineptus ut non de puero, sed à puero factum esse credas. Diuersa sunt igitur: Hoc de te audio, & hoc audio à te: Hic enim est causa efficiens, illic materialis.

E & ex idem significant: sed è cõsonantibus tantum iungitur, ut è iure. E republica, id est, ad utilitatem reipub. Ex tam uocalibus quàm consonantibus: ut ex arbore. Ex dignitate, id est, pro dignitate, uel ad dignitatem. E renibus laboro, id est, morbum patior in renibus. Ex sententia aliquid habere, id est, ad uotum & desyderium nostrum. Ex cõposito, id est, dedita opera.
Ex amphitheatro uenit, qui in illo fuit.
Ab amphitheatro uenit, q in loco fuit illi pximo.

Pro.

Comes facundus in uia pro uehiculo est, id est, uehiculi uice. Sto pro turribus, pro Ioanne: ut turres, ut Ioannem defendam. Pro uiribus, pro uirili,

F

uulga-

DESPAVTERII

vulgaria sunt. Pro foribus, id est, ante fores. Pro rostris, pro tribunali. i. in rostris, in tribunali.

Præ.

Præ significat ante: ut præ cunctis es honorandus. Et propter uel ab. Terenti. Ut sit misera præ amore. Comparisonis præterea uim habet. Idem: Hic ego illum contempfi præ me.

Præpositiones communes.

In cum accusatiuo.

In accusatiuo seruit, quoties motum ad quamuis rem significamus. Motum dico, uel manifestum ut redeo in gratiam. Horatius:

In uitium ducit culpæ fuga si caret arte.

Vel latentem: ut auaritia crescit in horas. *Martia.*

Hesternò fœtere mero qui credit Acerram,

Fallitur, in lucem semper Acerra bibit. *Vergil.*

Scinditur incertum studia in contraria uulgus.

In pro cōtra ponitur: ut crudelis in priuignos nouerca. Inuehor in æmulum. *Vergilius:*

Quid meus Aeneas in te committere tantum?
Quid Troës potuere?

Item in pro erga. Idem:

Accipit in Teucros animum, mētemq; benignam.

In & sub cum ablatiui.

Cum in loco, aut alia re quid fieri significamus, in & sub ablatiuum postulāt: ut uersor in foro, sub dio, sub nocte. *Cicero:* Verum decus in uirtute positum est, quæ maxime illustratur magnis in re public. meritis. *Vergilius:*

Aedibus in medijs nudoq; sub ætheris axe

Ingens

SYNTAXIS.

Ingens ara fuit. Ovidius:
Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est experiunda fides.

In pro inter ponitur. Vergilius:
Cadit & Ripheus, iustissimus unus
Qui fuit in Teucris.

Sub cum accusatiuo.

Sub accusatiuum habet, ubi motus fit ad rem: ut
eo sub tectum. Vergilius:
Postesq; sub ipsos Nituntur gradibus.

Item sub pro paulo ante uel circa. Erasmus: Sub
cœnam paulisper inambula, cœnatus idem facito:
sub somnum exquisiti quidpiam ac dignum memo-
ria legito. Et pro statim post: ut sub hæc uerba.
 Cicero Planco: Sub eas statim recitatae sunt tuæ.

Super & subter cum accusatiuo.

Super quando aduersatur præpositioni subter,
 cum accusatiuo sæpius legitur: ut super aëra æther
 est. Similiter quoties ultra significat: ut super Ga
 ramantes & Indos proferet imperium. Et præter,
 Sueton. Super æthera flagitia.

Sic subter siue quies fuerit, siue motus, accusati-
 uum ferè semper habet. Poëtice interdum ablati-
 uum. Vergilius:

Subter densa testudine.

Super cum ablatiui.

Super pro de positum habet ablatiuum.

Vergilius:

Multa super Priamo rogitans, sup Hectore multa
Præterea pro in aut propter. Ver. Fröde super ui-

DESPAVTERII

ridi. Non moueor super hac re, id est, propter hanc rem.

Regula XVIII. de genitiuo, & obiter de alijs casibus pro aduerbijs loci.

Quæstio si fiat per ubi, nomenq; prioris Sit numeri & proprium, seu primæ siue secundæ,

In patrio dabo qñ locum designo minorē. Militiæ, belli, atq; domi sic ponis, humiq; Addimus interdum dictis terræq; togæq;.

Propria nomina pagorum & oppidorum (quæ minora loca dicuntur) primæ uel secundæ declinationis, singularis numeri: & appellatiua, militiæ, belli, domi, humi, terræ, & togæ, cum quæstio fieret per ubi, apponentur uerbis uel participijs in genitiuo, pro aduerbijs loci: ut si quaratur, ubi est Papa? Optime respondebis, est Romæ. Vbi studii? Studii Gandau. Vbi est segnis? Domi. Vbi agit temerarius? Militiæ. Sic poma iacent humi. Condo corpus terræ, id est, in terra. Gratus principi belli togæq;. Hoc per ablatiuū dicere posses. Plinius: Dubium est, toga ne an bello præstantior fuerit. Humi construitur etiam cum uerbo motus ad locum. Vergilius:

Nec prius absistit, quàm septem ingentia uictor
Corpora fundat humi. Idem:

Procumbit humi bos.

Si ternæ nomen fuerit, numeriue secundi,
Cū ruri dabit terno aut sexto, mage terno.
Nomina

SYNTAXIS.

Nomina propria oppidorum aut pagorum: et
 tiae declinationis, aut pluralis numeri, cum quaestio
 fieret per ubi, ponuntur pro aduerbijs loci in dati-
 uo uel in ablatiuo, elegantius autem in datiuo, cum
 appellatiuo ruri: ut Terentius natus est Carthagi-
 ne: uel natus est Carthagini. Tarquinius iuxit Ga-
 bijs. Studes Athenis. Ruri philosopharis. Dices &
 rure per ablatiuum. Liui. Scipio uitam Literni egit
 sine defyderio urbis: morientem rure, eo ipso loco
 sepeliri se, iussisse ferunt. Per datiuum locutionem
 esse lepidiorem, innuit Seruius, nec defunt apud la-
 tinos scriptores testimonia. Cicero: Conuento An-
 tonio Tyburi. Liuius: Quae Romae quaeq; Cartha-
 gini acta.

Appendix.

Non solum pro aduerbijs localibus quidam da-
 tiui ponuntur, sed inueniuntur etiam pro aduer-
 bijs temporis positi, aut uerius aduerbia sunt: ut tē-
 pori, luci, uesperis, quibus addi potest forti, id est, per
 fortem. Vergilius:

Sunt quibus ad portas cecidit custodia forti.

Terentius: Nunquam tam mane egredior, neque
 tam uesperis domum reuertor, quin te in fundo con-
 spicer fodere.

Tum sextū casum, si qñ per unde rogaris,

Aut qua, responde: Si per q̄, ponito quartū

In pprijs, qb^o usq; cupit rus, cū dom^o addi.

Nomina propria oppidorū aut pagorum, ubi
 quaestio fieret per unde, aut per qua, ponuntur pro
 aduerbijs loci in ablatiuo sine praepositione, cum

DE SPAVTERII

Duobus appellatiuis rus & domus: ut unde uenies? Venio Roma, Tybure, domo. Terentius: Timeo ne pater iam rure redierit. Qua ibis Romam? Colonia: Sed hic per præpositionem sapius loquuntur propter amphibologiam uitandam: ut per Colonia proficiscor Romam uersus.

Si per quo, ponito quartum.) Nomina propria oppidorum uel pagorum, ubi quæstio fieret per quo, ponuntur sine præpositione in accusatiuo, cū appellatiuis, rus & domus: ut quo uadis? Vado Gandauum, Brugas, Parrisios. Terent. Ego cum filio rus ibo. Vergilius:

Ite domum saturæ, uenit Hesperus, ite capellæ.

Barbarus haud fies, apponēs præposituras.

Si quis dictis noībus præpositionē interdū adiciat, nō censebitur barbare loquutus. Quintil. In domo factū factū ab eo, qui domi nō fuit. Liui. Legatus ab Ardea uenit. Cice. Ad Capuā uel ad Luceriam iturus putabatur. Maxime autē uti licet ad, ubi locū proximū significam⁹: ut hostes uenerūt ad Gandauū, id est, in locum Gandauo uicinum.

Appendix.

Accedentibus adiectiuis, uix adesse potest præpositio. Propertius: Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Excipiuntur meus, tuus, suus, noster, uester & alienus. Dicimus enim, sum domi meæ, tuæ, &c. Cice. Malo esse cū timore domi meæ, quā cū periculo domi alienæ. Dicendū est igit, uersor in domo ampla, magnifica regia: nō aut, uersor domi amplæ, magnificæ, regiæ. At Liui. ait: Capuū flectis

SYNTAXIS.

flectit iter luxuriantem longa felicitate ac indulgentia fortunæ. Sic & alij interdum. Eodem quoque modo maiorum locorum nomina, sine præpositiõe aduerbialiter posita inuenies: licet aliter grammatici præcipiant, ut subnotabimus.

Annotatiuncula generalis.

Diximus ubique propria oppidorum et pagorum nomina, quia proprijs aliorum locorum, ut regionum, insularum, montium, fluuiorum, & præter dicta, appellatiuis omnibus adhæret præpositio, siue actio fiat in loco, de loco, per locum, seu denique ad locum. Plan. Ciceroni: Ab Hisara castra moui, pontem tamen quem in Hisara feceram, castellis duobus ad capita positis reliqui. Vergil,

Per uarios casus, per tot discrimina rerum,

Tendimus in Latium. Horatius:

Impiger extremos currit mercator ad Indos,

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

De aduerbijs localibus.

Vbi, quò, quà, unde, quorsum, & quousque, de loco querunt, si nec relatiue, nec infinite ponantur. Quæcunque autem nomina ad hæc prima quatuor diximus responderi, eadem ad quorsum & ad quousque in accusatiuo reddi possunt, adiecto uersus, quando per illud: & usq; quando per hoc facta est quæstio: ut quorsum tenes iter Aenea? Carthaginem uersus. Quousq; te fata trahunt? In Italiam usq;. Hoc tamen sæpe intelligitur teste Valla. Sed de nominibus satis. Tribuuntur etiam singulis sua aduerbia, de quibus nunc agendum est.

DE SPAVTERII

Aduerbia in loco.

Ad ubi respondentur, hic, illic, istic, ibi, alibi, alibi, ibidē, ubiq, ubilibet, ubiuis, sicubi, necubi, nun-
cubi, passim, uulgo, inibi, usquam, nusquam, pere-
gre, alicubi, intus, foris, superius, inferius, uel supra,
infra.

Aduerbia ad locum.

Ad quò respondentur, huc, illuc, istuc, intro, fo-
ras, eò, eòdem, alio, aliquo, quoq, quolibet, quouis,
quodā, quopiā, siquo, neq, ultro, citro, utroq, neu-
tro, peregre, usquam, nusquam, quoquo, quocunq,
supra, infra, uel superius, inferius. Inuenies interdū
hoc, isto, illo, pro huc, istuc, illuc.

Aduerbia per locum.

Ad quā respondentur, hac, illac, istac, usquam,
nusquam, intus, foris, ea, eadem, quaqua, quacunq,
quaq, qualibet, siqua, nequa, aliqua, alia, utraq, &
recta. Terentius: Cur non recta introisti? Cicero:
Recta uenit ad me.

Aduerbia de loco.

Ad unde respondentur, hinc, illinc, istinc, intus,
foris, utrinq, undiq, cominus, eminus, intrinsecus,
extrinsecus, utrinsecus, forinsecus, nusquam, inde,
peregre, superne, inferne, stirpitis, humanitus, ra-
dicitus, coelitus, undeunde, undecunq, undelibet,
aliunde, alicunde, sicunde &c.
Dehinc non loci, sed ordinis aduerbiū est, pro post-
hoc. Abhinc temporis est, pro ab hoc tempore.

Aduerbia locum versus.

Ad quorsum respondentur, horsum, istorsum,
illorsum,

SYNTAXIS.

illorsum, sursum, deorsum, antorsum, dextrorsum, lævorsum, sinistrorsum, retrorsum, aliorsum, quoquoersus, uel quoquoersum.

Aduerbia usq; ad locum.

Ad quousq; respondentur, hucusq; istucusq; illucusq; haftenus. &c.

Annotatiuncula generalis.

Hic, illic, istic, & cetera eodem modo differunt, quo pronomia, hic, iste, ille. Hic pronomem pertinet ad primam personam, & me significat, aut meum, aut quod est, ubi ego sum, uel habito, aut de quo loqr.

Iste refertur ad secundam, & significat te, aut tuum, aut quod est ubi habitas, uel de quo loqueris.

Ille ad tertiam pertinet, & neutrum praedictorum significat, sed tertium quiddam. Plaut. Quis est, quem uidemus uenientem, pannosum ac squalidum? Ille ne est noster Syrus?

Hic aduerbium significat in loco, ubi ego sum. Istic in loco, ubi es tu. Illic in loco, ubi est de quo loquimur. Huc, id est, ad hunc locum. Istuc, id est, ad istum locum, in quo tu es. Illuc, id est, ad illum locum, in quo nec ego sum, nec tu. Sic dices de alijs.

DATIVI REGIMEN.

Regula prima.

Fixa dabunt ternum substantiuo mediante Verbo, quod per habet contingit sepe resolui.

Omne nomen substantiuum potest regere datiuum mediante uerbo substantiuo, quod exponitur per habeo: ut mihi liber est, tibi pecunia, id est, ego

F v librum

DE SPAVTER II

librum habeo, tu pecuniam. Vergil. Sancta probis pax est. Idem:

Ludite secure, quibus est æs semper in arca.

Dic etiam, mihi bene est. i. bene habeo, bene ualeo.

Sunt qui dicunt, huius regulæ datiuū à nomine regi mediante uerbo substantiuo. Alij dicunt, regi ab ipso uerbo: Suum cuiq; relinquo iudicium.

Regula Secunda,

Ternū pro quarto aut sexto cū p̄posituris,

Ponim⁹: It clamor cœlo, mihi filia curæ ē.

Cur tibi despicior? Nūc oībus itur ad auræ.

Datiuus ponitur sæpe pro accusatiuo uel ablati uo cum præpositione: ut it clamor cœlo, id est, ad uel in cœlum. Inferetq; Deos Latio, id est, in Latiū. Despicior tibi, id est, à te. Curritur omnibus ad aurum, id est, ab omnibus. Tu es mihi uisus. Publius: Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.

Gemini datiuī,

Sunt quæ præter datiuum huius regulæ, alium admittunt datiuum: ut filia est mihi curæ. Sum tibi auxilio, præsidio, consilio, commodo. Terentius: Sunt hæ tibi nuptiæ cordi: Horatius:

Nec timuit sibi ne uitio quis uerteret olim.

Sic, do tibi hanc rem doti, uel dotem. Sum tibi documento, uel documentum. Plautus: Est ager hic nobis sub urbe, eum dabo dotem forori.

Regula tertia,

Acquisitiue si ponas uerba, datiuum

His dato, Cōis ferme omnibus esto dtūs.

Omne

SYNTAXIS.

Omne uerbum acquisitiue positum regere potest datiuum rei acquirētis, in cuius honorem, uituperationem, utilitatem, damnum, lætitiā, iucunditatem, fauorem, petitionē, similitudinem, aliquid fieri significamus: ut doce mihi prolem. Cicero: Nō omnibus dormio. Vergilius:

It hasta Tago per tempus utrunq; Idem:

Centum cui templa Sabæo thure calent.

Persius ad desidem: Tibi luditur effluus amens Con
temnere. Horatius:

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

Ouidius:

Casus ubiq; ualet semper tibi pendeat hamus

Quo minime credis gurgite piscis erit.

Cum datiuo accusatiuum regentia.

Decuplicia uerba datiuum cum accusatiuo plæ
runque regunt.

Primo, uerba comparandi.

Comparo, compono, confero, assimilo, accom-
modo, exquo, exquo, adæquo, postpono, posthabeo
antepono, antefero: ut comparo Vergilium Home
ro, uel per ablatiuum cum Homero. Horatius:

Interdum uulgus rectum uidet, est ubi peccat.

Si ueteres ita miratur, laudatq; poetas,

Vt nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.

Cicero ad Lepidum: Hoc esse animo scito omnes sa-

nos, ut mortem seruituti anteponant. Confero te

Ioanni, id est, comparo. Confero tibi uel in te bene

ficiū, id est, do. Confero me ad uillam, id est, eo.

Secundo, dandi uel reddendi.

Ver-

DE SPAUTERII

Verba dandi, do, dono, impertio uel impertior, partior, impendo, diuido, distribuo, præbeo, lego, as, exhibeo, concedo, mutuo, commodo, faceror, stipulor, adhibeo, adijcio, adiungo, admoneo, addo, & similia.

Reddendi, reddo, restituo, resigno, retribuo, repondo, repono, refero, soluo & cætera: ut par pari refero. Plaut. Do tibi operam, si quid est, quod me uelis. Horatius:

Quis scit an adijciant hodiernæ craftina uitæ
Tempora dij superi?

Dicimus, dono tibi equum, & dono te equo. Dono te ciuitate, id est, efficio te ciuem. Impertio uel impertior tibi salutem, uel impertior te salute.

Tertio, iubendi & prohibendi.

Verba iubendi, iubeo, precipio, mando, impero, iniungo, committo, edico, & cætera.

Prohibendi, ueto, prohibeo, nego, denego, interdico. &c. Publius: Nil peccent oculi, si animus oculis imperet. Iubeo tibi hanc rem, & aliquando, iubeo te hanc rem, cum duobus accusatiuis. Cicero: Non quia te aliquid iuberem: subaudiri uidetur facere. Prohibeo, interdico tibi domum, uel prohibeo, interdico te domo. Plautus: Damna multa mulierum, me uxore prohibent. Interdico sepius inuenies cum datiuo & ablatiuo: ut interdico tibi domo mea. Per eosdem casus & impersonaliter sepius de loquimur. Cicero: Male rem gerentibus patrijs bonis interdici solet. Passiue dices, interdico aqua & igni: aut aqua & ignis interdiciuntur mihi. Huc pertinet, tempero & moderor. Plautus: Lingua te pera;

SYNTAXIS.

pera. *Temporo iram, & ab ira. Moderor tibi & te.*

Quarto, nunciandi.

Verba nunciandi, indicandi, declarandi: *Indico, nuncio, declaro, annuncio, insinuo, manifesto, reuelo, recludo, refero, patefacio, aperio, monstro, ostendo, significo, lego, interpretor, suggero, dico, prædico, exprimo, narro, enarro, memoro, recensco, recito, repeto, refero, respondeo, fari, loqui &c.* *Indico tibi ueritatem: primæ coniugationis secundam syllabam corripit. Indico uentri bellum, id est, denuntio: tertiæ est, & secundam producit. Dico tibi diem, id est, tempus constituo. Refero tibi hanc rem, id est, narro. Refero ad te. i. in consultationem fero.*

Quintil. Non retulit ad matrem, nos propinquos consuluit, non amicos. De his referam ad senatû, potius quàm hæc referam ad senatum. Refero tibi acceptum, id est, fateor me accepisse abs te. Cicero: Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. Respondeo quæstioni & ad quæstionē. Structuram perpendicularo, uel ad perpendicularum respondere oportet .i. conuenire. Vergilius:

*Illa seges demum uotis respondet auari
Agricolæ. i. satisfacit.*

Quinto, uendicandi.

Vendico, adscribo, usurpo, occupo, addico, acquiro, adipiscor &c. nō idē, sed simile qd significatiua: ut uendico mihi hunc librū. Adscribo tibi honorē.

Sexto, mittendi.

*Mitto, transmitto tibi literas. Sæpius, mitto ad te, scribo ad te, quā tibi dicimus. Legauit rex ad nos
cetero*

DESPAVTERII

decem oratores. Destino tibi literas, pro-mitto, ra-ro legitur, sed proprie significat assigno, delibero, constituo. Vergilius: Me destinat aræ.

Septimo, opponendi.

Oppono, obijcio, offero, offundo, & cætera. Ci-cero in Sallust. Ego meis maioribus uirtute mea præluxi: Tu tuis uita, quam turpiter egisti, ma-gnas offudisti tenebras: Quare noli mihi antiquos uiros obiectare.

Octauo, promittendi.

Spondeo, despondeo, promitto rogatus, polli-ceor ultro, pollicitor, recipio: ut redde quæ coram recepisti mihi, id est, promissisti. Recipio te, notum est. Do tibi fidem, id est, sancte promitto. Habeo fidem, id est, credo.

Nono, subiugandi.

Subijcio, submitto, supero, debello: ut rex subiugauit sibi hostes. Horatius:
Mihi res, non me rebus submittere conor.

Decimo, uaria uerba.

Postremo plurima uerba, de quibus non est cer-ta regula, datiuum & accusatiuum postulant: ut mi-nor, interminor, debeo, inuideo. Plinius: Neque ego, ut multi, inuideo alijs bonum, quo ipse careo. Debeo tibi uitam. Assuesco pro assuefacio: nam alioqui solum datiuum habet. Quintil. de puero: Non assuescat, ne dum infans quidem est, sermoni, qui deducendus sit. Suadeo, persuadeo. Plautus: Odi ego aurum, multa multis sæpe suasit perperam. Impono urbem monti. Impono tibi, id est, decipio te. Com

SYNTAXIS.

te. Commendo te regi, id est, amice cōmitto. Com-
 mendo te apud regē, id est, laudo. Credo, fido, con-
 fido, committo. Terentius: Ah scelestā, ouem lupo
 commisit. Dices etiam, fido, confido hac re. For-
 mido, metuo, timeo te, ne quid mali mihi facias.
 Publius: Inimicum quāuis humilē, docti est me-
 tuere. Formido, metuo, timeo tibi: ne quid mali
 tibi contingat: ut metuo tibi infortunium.

Annotatiuncula generalis.

Quemadmodum datiuus saepe ponitur pro ac-
 cusatiuo aut ablatiuo cum præpositione, ita uicis-
 sim quandoq; accusatiuus aut ablatiuus mediante
 præpositione uerbis adhærent loco datiuī. Hinc
 præpositionem multā uerba sortiuntur:
 ut loquor tibi, ad te, uel loquor tecum. Misceo a-
 quam uino uel cum uino. Nitor hastæ, uel hasta,
 uel in hastā. sed peculiare est, nitor ad hanc rē. Fab.
 Alius ibunt, qui ad summa nituntur. Huc plurimā
 sane pertinet uerba, quæ diligētī lectione obserua-
 da ac usu, qui ubiq; multū potest, discenda censeo.

Verba datiuum ut proprium casum regentia.

Tertius est uerbis ppri^o natis fore, sum, fit,
 Aq; manēte facit. poscūt hūc sepe p, ob, cō,
 Ante, sub, inf, ad, in, tū præ cōiuncta, qb^o do
 Occurro, faueo, studeo, medeorq; & adu-
 lor, (quartum:
 Auxilior, famulor, noceo, sed dat iuuo
 Pareo, p̄sideo, pugno, cū parcere grator.

Quæq;

DESPAVTERII

Fit p cē
tingit.

Quęq; frequēter erūt impersonalia iunge
Cōtingit, restat, placet euenit, accidit et fit,
Sufficit, & constat, libet, & liquet, & dolet,
adde

His uacat & cōducit et expedit & licet atq;
Conuenit & p̄stat: sed dicito, ptinet ad me,
Attinet & spectat recte cōiungimus isti.
Multa regunt ternum, quibus haud est re-
gula certa.

Datiuum ut proprium casum regunt ver-
ba vnde uigecuplecia,

Primo, composita à fore.

Composita à fore datiuum sibi proprium exi-
gunt: ut spero mihi hæc profore. Vtinam Ioannes
adforet nobis. Cicero Sulpitio: Maior mihi ratio
adfore nulla potest, quàm coniunctio consuetu-
tudinis sermonumq; nostrorum.

Secundo, à sum.

Composita à sum: ut adsum, desum, obsum, pro-
sum, absum, insum. Publius: Luxuriæ desunt mul-
ta, auaritiæ omnia. Asinius Pollio Ciceroni: Neq;
deesse, neq; superesse Reipub. uolo, id est, superstes
esse. Super sum labori, id est, uinco laborem. Quæ-
dam pro datiuo uel accusatiuum uel ablatiuū ad-
dita præpositione sortiuntur: dicimus enim adsum
pugnæ, adsum in pugna, uel adsum ad pugnam.
Proinde puer fac memineris iam datæ annotæ
tunculæ.

Tertio

SYNTAXIS.

Tertio, à facio & fio.

Composita à facio & fio, ubi facio non mutat^a in i: ut satisfacio tibi, satis fit tibi. Malefacio, benefacio patri. Sallust. Pulchrum est benefacere Reipub. Brutus Cicerōi: Cui re gratias uix referre possum, huic uerbis non patitur res satisfieri.

Quarto, cum præpositionibus quibusdam composita.

Verba plurima cum his præpositionibus, ob, con, ante, sub, inter, ad, in, præ, composita datiuum postulant.

Ob.

Occumbo, obluſtor, obrepo, obgannio, obmuro, occino, obturbo. Verg. In utrumq; paratus, seu uersare dolos, seu certę occumbere morti. Idē: Genibusq; aduersę obluſtor arenę.

Con.

Condormio, consono, colludo, conuiuio. Commoriar tibi uel tecum. Cicero: Omnis oratio moribus cōsonet. Teren. Ex Andro commigrauit huic uicinix. Et nomina quædam à con composita datiuum habent: ut concolor coruo, cognominis Paulo.

Ante.

Antecello, antecedo, anteeo, antesto, anteuerto illi uel illum doctrina. Cicero pro Archia: Antecellere omnibus ingenij gloria contigit. Plaut. Virtus omnibus rebus anteit. Terent. Miror ubi ego huic anteuertierim, id est, hanc præcesserim. Sueton. in Augusto

DE SPAUTERII.

Augusto: Magnificentia omnes antecessit.

Sub.

Succedo tibi: subiicio, subiaceo, suboleo: ut pecunia fortunæ subiacet. Verg. Nostris succede penatibus hospes. Plautus: Subolet iam uxori, quod ego machinor.

Inter.

Interfero, interfono, interuenio, intersum, intermisceo, intermico: ut lupo interuenit fabula. Claudian. Rutilum squamis intermicat aurum.

Ad.

Arrideo, acclamo, asto, acquiesco, affideo, adherere, appropinquo, allabor, admolior, adigo: ut Lucretia adigit cultrum cordi. Horatius: Parcus ob hæredis curam, nimiumq; seuerus Affidet infano. Verg. Antiquis Curetum allabimur oris.

In.

Impêdeo, insurgo, insufurro, inhio, innitor, immoror, inhæreo, infideo saxis. Cice. Omnibus quorum mens abhorret à ratione semper aliquis alijs dolor, alijs terror impendet. Verg. Vela cadunt, remis insurgimus. Immineo, incedo pro inuado, immitto illi uel in illum. Ouidius:

Imminet exitio uir coniugis, illa mariti.
Cicero: In nostras fortunas imminet. Vergilius:
Regibus incessit magno discordia motu.
Sed incedo & alia nonnulla ab in composita accusatiui quoq; exigunt sine præpositione, per regulam quintam constructionis accusatiui. Intendo uires, id est, extendo, Intēdo animū studijs, id est, do operam

SYNTAXIS.

ram studijs. Horatius:

Inuidia uel amore uigil torquere, si non
Intendes animum studijs & rebus honestis.

Præ.

Præpödero, præniteo tibi fide. Cice. Suis majoribus uirtute præluxit. Præcurro, præeo, præcedo, præsto oibus uel oës. Plaut. Vestræ fortunæ meis præcedüt. Cæsar: Heluetij reliqs Gallos uirtute præcedüt. Cice. Hoc præstat amicitia propinquitati, qd ex propinquitate beneuolētia tolli pöt, ex amicitia nõ pöt. Quintil. Præstat ingenio alius alum.

Quinto, uerba occurrendi.

Verba occurrendi datiuum habent. Persi. Veniēti occurrere morbo. Sic obuio, obsto, obsisto, occurfio. Vergilius:

Occurrare capro, cornu ferit ille, caueto.

Ouidius:

Principijs obsta, fero medicina paratur,

Cum mala per longas conualuere moras.

Obuius nomē & obuiam aduerbium similiter datiuum regunt: ut sum tibi obuius. Venio tibi obuiam. Sic præuius. Ouidius: Præuius aurorę lucifer ortus erat.

Sexto, fauendi.

Verba fauendi: Fauo amico. Sic annuo, arrideo, subscribo, cōsentio, assentio uel assentior, hæreo, adhæreo, aditipulor, cōcino, suffragor, accedo, bene uolo, bene cupio, bene opto. &c. Vergilius:

Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis.

Cicero: Senatus mihi assensus est. Assentior quę re

G ij gutas

DE SPAVTERII

git accusatiuum cum datiuo. Cice. primo de Orato
re: Cætera assentior Crasso. Idem: Quare tibi An-
toni utrumq; assentior. Vergilius: Aspirat primo
fortuna labori, id est, fauet, auxiliatur. Cicero: Ad
hanc laudem aspirare non possunt, id est, de hac lau-
de acquirenda ne spirare quidem possunt. Accedo
tuæ sententiæ, id est, assentior. Nouum plerunque
infortunium nouo accedit dolori, siue ad nouū do-
lorem, id est, adiungitur.

Septimo, studendi.

Verba studendi & diligentiam adhibendi. *Stu-*
deo, incūbo, incubo, attēdo, indulgeo, insisto, in-
inhio, insudo, inuigilo, innitor, uaco, inhæreo, ope-
ram do, impendo, nauo, adhibeo operam: ut stu-
deo grammaticæ. Inuigilo pecuniæ. Cicero: Quā-
tum quisq; reipub. studuit, tantum mihi fuit aut
amicus aut aduersarius. Studeo pro uehementer
cupio, aut uolo regit accusatiuum. Idem: Vnum sen-
titis, unum omnes studetis. Dicimus incumbo lau-
di, & incumbo ad uel in laudem. Tullius: Mi Plan-
ce incumbere toto pectore ad laudem. Idem: Incum-
be per Deos immortales in eam curam & cogita-
tionem, quæ tibi summam dignitatem & gloriam
afferat. Illud autem Vergilij:

Incubuitq; thoro, dixitq; nouissima uerba:

Pertinet ad composita ab in. Attēdo iuri uel ius.
Insiste negotio sapienter, id est, da operam. Insiste
honorum uestigijs, id est, innittere. Habet etiam
accusatiuum. Vergilius:

Nulli fas casto, sceleratum insistere limen.

Insto operi, id est, diligenter insisto. Insto opus, id
est, ag

SYNTAXIS.

est, aggredior, facio opus. Tibi multa bona instant
à me, id est, futura sunt. Vergilius:

Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instant.

Vaco pro cesso aut careo capit ablatiuum cum
à uel ab; ut uaco à labore, à studio, id est, non labo-
ro, non studeo. Cicero: Vacare à culpa, magnum est
solatium. Quandoq; præpositio omittitur. Idem:
Nullum est tempus, quod iustitia uacare debeat.
Huius constructionis causam require in regula no-
na genitiui.

Octauo, medendi.

Medeor & medicor, & si qua sunt his significa-
tione conformia. Vergil. Senibus medicantur an-
helis. Lactantius: Circumspice conscientiam tuam,
& iniquitatum medere uulneribus. Legitur etiam
utrumq; cum accusatiuo.

Nono, adulandi.

Adulandi uerba: Adulor, blandior, assentor, ap-
plaudo, lenocinor, palpor: ut adulor diuiti, blãdior
matri, assentor nobili, indoctis applaudit plebecu-
la. Cice. Tibi seruiet, tibi lenocinabit. Plaut. Obser-
uatote, quã blãde mulieri palpabit. Palpo. as. idẽ qđ
palpor accusatiuũ regit, aut datiuum.

Decimo, auxiliandi.

Verba auxiliãdi: Auxilior, subuenio, succarro, ad-
miniculor, opitulor, patrocinator, commodo, subeo,
prospicio, prouideo, caueo, consulo, de quo dictum
est latius: ut auxilior tibi, subuenio pauperi. Caueo
tibi, id est, prospicio. Lege cautum est, id est, proui-
sum est. Caueo periculũ, id est, fugio. Caueo te uel

DE SPAVTERII

ate, id est, puido ne mihi noceas. Plautus: Qui cauet ne decipiatur, uix cauet, quæ etiam cauet. Conducit confert huic rei, uel ad hanc rem, id est, utile est. Iuuo nunc accusatiuum habet, olim etiã datiuum.

Vndecimo, famulandi.

Verba famulandi, ut famulor diuiti. Sic ancillor, seruior, inferuior. Eras. Nil magis oprandũ, quã ut sacerdos immunis à coniugio, liber ac totus seruiat domino suo.

Duodecimo, nocendi.

Nocendi uerba: Noceo, resisto, inimicor, relictor, obnitor, insidior, obloquor, detraho, succenseo, indignor, irascor, derogo, obtrecto, incommodo, officio, renitor, iniurior, aduersor, obfisto, obfitor, renuntio, dissentio, refragor, inuideo, male uolo: ut noceo nemini, deus superbis resistit. Horatius: Eurapelus cuiuscũq; nocere uolebat, Vestimenta dabat pretiosa. Terentian. senex de Dauo: Quem ego credo manibus pedibusq; obnixe omnia facturũ: magis id adeo, mihi ut incommodet, quã ut obsequatur gnato. Derogo, detraho tibi uel de te. Cicero: Indignum est de lege aliquid derogari, aut legem abrogari. Idem: Ille in Achaia non cessat de nobis detrahere. Aemulor illi, id est, inuideo. Aemulor illum, id est, imitor. Illudo, insulto, illi uel illum aliquando. Lædo illi per datiuum ueteres dixerunt, nunc uero, lædo illum.

Decimotertio, parendi.

Verba parendi siue obediendi: Pareo, obedio, obtempero, acquiesco, morigeror, obsequor, gentile color

SYNTAXIS.

culor, supplico, audio, ausculto, cedo, concedo: ut patre magistro, obedio patri. Tibullus:

Longa dies homini docuit parere leones.

Audio tibi uel audio te, id est, obedio. Cicero: Si me audies, uitabis inimicitias. Audio cum datiuo rarius est. Audiens dicto saepissime legitur: sed hic audiens nomen est, teste Diomede. Ausculto autem pro obedio, plerumque datiuum habet. Datus apud Terentium: Nec quid agam certum est, Pamphilum ne adiuuem, an auscultem seni. Cedo, concedo tibi, id est locum do. Ouidius:

Cedit amor rebus, res age tutus eris.

Cedunt mihi haec bona, id est, in ius meum ueniunt.

Concedo fato, id est, morior.

Decimoquarto, praesidendi.

Verba praesidendi: ut praesideo, praesum &c. Cicero. Deo sperare, omnes deos, qui huic urbi praesident, mihi ac mereor relatueros esse gratiam.

Decimoquinto, pugnandi.

Pugnandi uerba poetice datiuum regunt, apud oratores & historicos ablatiuum habent intercedente cum, elegantissime accusatiuum etiam cum praepositione in: ut pugno tibi, uel tecum uel in te: sic certo, digladiator, concurro, congregior & cetera. Vergilius:

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

Cicero: Aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, uirtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignauiam, temeritate, cum uitijs omnibus.

DESPAVTERII

At rebello, repugno & quædam alia nusquam nõ datiuum habent. Plinius: Difficilius est uoluptati repugnare, quàm iræ, Ouidius: Ignauis precibus fortuna repugnat. Sunt item quæ accusatiuum habent sine præpositiõe: ueluti debello & expugno.

Decimosexto, parcendi.

Verba parcēdi & ueniam dandi: ut parco, ignosco. Publius: Bonis nocet, quisquis pepercerit malis. Plautus: Stultitiæ adolescentiæq; eius ignoscas. Ignosco potest habere accusatiuum cum datiuo. Idem: Nunc hoc mihi ignoscas quæso. Sic parco pro conseruo. Vergilius: Multa talenta nativis parce tuis. Parce lachrymis, iniuriæ, uindictæ, metu, id est, abstine à lachrymis, ab iniuria & cætera. Vergilius: Parce metu: pro metui, antiquus datiuus est. Dicimus etiam per infinitiuum, parce lachrymari. Verg. Parce pias scelerare manus.

Decimoséptimo, gratulandi.

Verba gratulandi: ut gratulor & grator poëtis, historicisq; proprium, Ouidius:

Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis.

Vergilius:

Inueni germana uiam, gratare sorori.

Dicimus, gratulor tibi hanc rem, hac re, de hac re. Cicero: Gratulor tibi uictoriam. Idem: Gratulor tibi affinitate uiri mediufidius optimi. Idem: Quod mihi de Italia gratularis, agnosco humanitatem tuã. His cognata sunt, gaudeo, gratificor, & gratum

SYNTAXIS.

gratum facio. Cicero: Tibi gratulor mihi gaudeo.

Decimooctauo, impersonalia quædam,

Quædam uerba cum infinitiuo impersonalia, si-
ne eo personalia (sed raro aliter quàm in tertia per-
sona) regunt datiuum: ut contingit, restat & reli-
qua uerbis comprehēsa, quibus cognitis non erit
labor, synonymorum contrariorum constructio-
nem perspicere: qualia sunt, obtingit, obuenit, per-
placet, displicet, superat, superest, reliquum est, col-
libet, sedet, patet &c. De impersonalibus exempla.

Horatius:

Non cuius homini contingit adire Corinthum.

Quidius:

Non uacat exiguis rebus adesse Ioui.

De personalibus.

Horatius:

Quod satis est, cui contingit, nil amplius optet.

Publius:

Cui plus licet quàm par est, plus uult quàm licet.

Stat & prestat impersonalia raro datiuum habent
expressum. Vergil. Stat casus renouare omnes. Sal

Iustius: Nonne emori per uirtutem præstat, quàm
uitam per dedecus amittere? Pertinet, attinet, spe-
ctat ad me, dicendum est, non autem mihi.

Decimonono, uaria,

Multa regunt datiuum, de quibus certa non con-
stat regula: ut sto iudicio. Cano receptui: ut mili-
tes à pugna redeāt. Cano progressui: ut ad pugnam
progrediantur. Intercedit mihi tecum amicitia. Dati-
uus interdum solius festiuitatis causa uerbis appin-
gitur: ut suo sibi hunc iugulo gladio. Horatius:

G V. Quid

DE SPAVTERII

Quid mihi Celsus agit?

ACCUSATIVI REGIMINIS

Regula prima.

ANte uolūt quartū yba infinita, suorū
Post casum. Præ nulla supina, gerun
dia nulla

Dant casum, dabit uerbi post casus agētis.
Ni sit in u: Post nil capit hoc, uult mobile
præ se,

Post etiam sequitur sua participans bene
uerba.

Nam regimen fit idē, si significatio par sit.

Omne infinitum uerbi personalis potest ante se re
gere acusatiuum, post se autem casum uerbi à quo
descendit: ut hominē herere deo equum est. Tere.
Meum gnatum rumor est amare. Idem: Qui post
quam audierit filio suo non datū iri uxorem. Cice.
Hanc sibi rem præsidio sperant futurum. Hic non
repeto, nominatiuum uerbi finiti, reiectis particu
lis, q, ut aut simili, in accusatiuū ante infinitū muta
ri, proinde refer animū ad Syntaxin nominatiui,
ubi & alia de infinitiua dicta inuenies.

Gerundiorum & supinorum con structio.

Præ nulla supina, gerundia nulla &c.) Nec supi
num, nec gerundium regit ante se ullum casum: sed
post se regit casum uerbi actiuae significationis: ut
ficut

SYNTAXIS.

sicut dicimus, lego historiam, ita, uenio causa legē
di historiam, uado lectum historiam.

Annotatiuncula.

Casum, dico, uerbi actiue significatiōis, q̄a ubi
gerundiū & supinū passiue capiuntur, non admit-
tunt ablatiuum uerborum passiue significantium,
sed ponuntur absolute, teste Valla: ut male dicitur,
liber est difficilis ad intelligēdum à nobis. Non ue-
nio uapulatum à te. Omitti enim debet ablatiuus
iuxta probatorum consuetudinem. Vergil. Alitur
uitium crescitq; tegendo. Idem: Vritq; uidendo fœ-
mina. Quintilianus: Memoria excolendo, sicut oīa
alia, augetur: id est, dū tegitur, uidetur, excolitur.
Refragantur Valle Sulpitius & Calepinus, uerum
ipsi exempla fingunt, nulla è doctis afferunt.

Gerundiorum casus.

Quatuor sunt gerundiorum casus: nominatiuus
in um, ut petendum: genitiuus in di, ut petendi:
accusatiuus in dum, ut petendum: ablatiuus in do,
ut petendo. Soluendo non sum: dubitari potest
(inquit Valla) datiuus ne sit an ablatiuus. Vt-
que est, gerundia datiuus casus rarissime inuenies
apud probatos scriptores. Iungimus soluendo da-
tiuum. Quintilian. Pauperi soluendo non sumus.

De gerundio nominatiui casus.

Gerundium nominatiui casus uerbo substantiuo
adhæret, cum quo necessitatem quandam indicat.
Iuuenalis: Viuendum est recte. Horatius. Si uis me
 flere dolendum est. Primum ipsi tibi. Ouidius:
Vten-

DESPAVTERII

Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas.

Cicero: Iteradum eadem ista mihi; subauditur est.

De gerundio genitiui casus.

Gerundia in di sepiissime capiuntur ætine; ut causa dicendi istuc uenio, id est, ut dicam. Passiue raro; ut misi filium Coloniam erudiendi causa, id est, ut erudiatur. Iustinus: Athenas erudiendi gratia missus, quanto doctior maioribus suis, tanto et gratior populo fuit.

Iungitur nominibus substantiuis: amor, causa, occasio, tempus, locus, ratio, gratia, opportunitas & similibus: ut amor habendi, causa pereundi, tempus tacendi.

Ouidius:

Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi.

Ora nec immunda tota perunge manu.

Iunguntur etiam in di adiectiuis: ut certus eundi, peritus nauigandi. Notandum hic est infinitiuum pro gerundio capi, huiusmodi nominibus appositum.

Vergilius:

Sed si tantus amor, casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troiæ supremum audire laborem,
Incipiam:

Amor cognoscere, & audire, id est, cognoscendi & audiendi, siue ut cognoscas & audias. Ouid. de iuuentute & senectute:

Hæc dare consilium, pugnare paratior illa est:

Hæc ætas bellum suadet, at illa gerit:

Paratior dare consilium, id est, ad dandum consilium. Sic pugnare, pro ad pugnandum.

Habent interim in di gerundia genitiuum pro
accu-

SYNTAXIS.

accusatiuo, præsertim in plurali, licet Valla neget uitio carere: ut composui hunc librum instituendi puerorum gratia. Plinius: cum illorum uidendi gratia me in forum contulisset. Illorum pro illos dixit.

De gerundio accusatiui casus.

Gerundia in dum sæpissime significant actiue: ut inter legendum hoc notauit, id est, dum legerem. Passiuam significationem raro tenent: ut Persij carmen ad intelligendum est difficile. Ponuntur cum ad, ob, propter, ante, & inter. Vergilius: Ante domandum ingentes tollent animos. Bias: Ne præceps sis ad loquendum.

De gerundijs ablatiui casus.

Gerundia in do aliquando actiue significant: ut hos occidendo, illos accusando totam ciuitatem laefactasti. Aliquando capiuntur passiuæ: ut memoria excolendo augetur. Apponuntur dictionibus quæ ablatiuum requirunt: ut ex defendēdo, quàm ex accusando uberior gloria comparatur. Quintilianus. Ratio recte scribendi, iuncta cum loquendo est. Scribendo disces scribere.

Gerundia nomina.

Ornatius per gerundia loquimur, quàm per gerundia. Conueniunt autem gerundia cum dictionibus per gerundia rectis, in genere, numero, & casu: ut causa habendæ pecuniæ tibi famulor: per gerundium dices, causa habendi pecuniam. Sic per gerundium dicimus, petendum est pacem. Per gerundium: petenda est pax.

Gerund

DESPAVTERII

Gerundi uorum nominum casus.

Gerundiua in uocatio uix unquam reperiuntur. In nominatio rara sunt absente uerbo substantiuo, quale est hoc Vergilij: Voluenda dies en attulit ultro, id est, quæ uoluitur. Gerundi uorum obliquis sæpe utimur.

Ouidius:

Nunc fecundus ager, pecoris nunc hora creandi,

Nunc auis in ramo tecta laremque parat.

Vergilius:

Tantus amor florum & generandi gloria mellis. De datiuo. Vaco agro colendo, uinea pastinande, nemori succidendo. De accusatiuo. Cicero in Carilinam: Viuis, & uiuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. De ablatiuo. Laboraui in colendo agro, in conficienda epistola. Cicero: Orationem autem Latinam profecto legendis nostris efficies plenorem.

Appendix de supinis.

Supina in um apponunt uerbis aut participijs motum significantibus: ut eo uenatum. Vel clam inditantibus motum: ut do filiam nuptura. Plautus: Heu senex pro uapulando hercle ego abs te mercedem petam.

Coctum ego, non uapulatum dudum conductus fui. Hor. Spectatum admissi risum teneatis amici.

Supina in u elegantissime construuntur cum adiectiuis, sine ullo regimine. Plinius: Accipenser piscis rarus inuentu. Cice. Non facile est dictu, quanto opere conciliet amicos comitas affabilitas seramonis.

Ouidius:

Turpe

SYNTAXIS.

Turpe quidem dictu, sed si modo uera fatemur,
Vulgus amicitias utilitate probat.

Constructio participiorum.

Post etiam sequitur sua participans &c.) Omne participium regit post se casum uerbi sui: ut sicut dicimus, amo deū, ita, amans deum & amaturus deū: ut amor à Deo, ita amatus & amandus à Deo: sic seruens deo, uapulans à magistro.

Verborum communium in ns & in rus participia regunt accusatiuum patientem. In dus ablatiuum agētem mediante præpositione. In tus utriusque admittunt casum, accusatiuum in significatione actiua, ablatiuum in passiua.

Quando participium nomen fiat.

Participium transit in nomen quinq; modis: Constructiōne, quum alium quā uerbum regit casum: ut scitus uadorum, acceptus tibi.

Comparatione: ut amans nomē est, quum facit comparatiuum amantior.

Compositione, quoties aliter componitur quā uerbum: ut illæsus innocens nomina sunt, quia nō dicimus illædo, innoceo.

Amissione temporis: ut palleat omnis amans. beatus pro diuite.

Amissione significationis: ut indictus pro non dictus: quia indico minime significat non dico: sic ingenuus pro non genitus: amandus pro amarū dignus.

Nam regimen fit idem &c.) Cur gerundia, supina, participia regant casus uerborū suorum, ratio
hæc

DE SPAVTERII

hec est: Vbi significatio est eadē, idē erit & regimē.

Appendix.

Per eandem rationem nomina quædam pro participijs posita, uerborum casus regunt: ut præcius futura, populabūdus agros. Iustinus: Gratulabundus patriæ expirauit.

Item & uerba neutra pro actiuis, habent actiuorum casus: ut amo regit accusatiuum, ergo etiā ardeo pro uehementer amo. Verg. Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. Sic pereo, depereo puellam. Huc pertinent accusatiuum proprii actus regentia: ueluti curro lōgum cursum, uiuo uitam, gaudeo gaudium, seruiō miseram seruitutem. Cic. Rideamus γέλωτα σαρδώνιον: id est, risum Sardoniū.

Iuuenalis:

Qui Curios simulant, & bacchanalia uiuunt.

Præterea uerba ad sensus pertinentia sæpe pro actiuis sumuntur: ut uox hominem sonat, id est, sono exhibet. Olet unguenta. Oratio Demosthenis olet lucernam. Sapit uas. Sapit adustionem.

Dicimus etiā pluit sanguinem, pluit sanguine, uel sanguis pluit.

Regula accusatiui secunda.

Omne dat actiuū, tolle interdicare, quartū:
Hoc uerbū sextū pro quarto sæpius optat.
Omne uerbum actiuum regit post se accusatiuum rei patientis, qui in oratione passiuus fit nominatiuus: ut amo deū, deus amatur à me. Aras terram, terra aratur à te. Puer osculatur matrem, mater osculatur à puero.

A re

SYNTAXIS.

A regula excipitur interdico, quia pro accusati-
uo sæpius ablatiuum habet ut diximus. Potes eti-
am excipere iubeo & inuideo: ut iubeo & inuideo
tibi. Tu iuberis & inuideris à me. At à multis passi-
uis abstinendum est, teste Diomede: quia uenu-
stius per impersonale dices, Iubetur & inuidetur
mihi.

Annoratiuncula.

Actiuum uerbum hic uoco, quod ab alijs transiti-
uum dicitur: & differt à uerbo actiui generis. Ver-
bum actiui generis est, quod in o desinens acce-
pta r facit ex se passiuum. Præter facio cuius passiu-
um est fio.

Verbum actiuum est, quod agere significat, si-
ne in o, siue in or desinat, ante se regens nomina-
num agentem, post se uero accusatiuum patien-
tem: ut diligo, aro, opperior, criminor. Horatius:
Sedulitas autem fruite quem diligit urget. Idem:
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.
Pertinent igitur ad hanc regulam non solum uer-
ba actiui generis, uerum etiam neutra, deponentia
& communia. Hic notabis obiter, quod quæcunq;
neutra accusatiuum patientem regunt, tertiam ha-
bent passiuui generis personam, & quatuor parti-
cipia: duo in significatione actiua, ut seminans, se-
minaturus: duo in passiuua, ut seminatus & semi-
nandus.

Regula tertia.

Celo, rogo, doceo, geminat ut uestio quar-
tos

DE SPAUTERII

Diuerfos: dices ueniã q̄q; poscimus abste.
Induo ueste patrē dic, aut uestē induo patrē
Rem tibi uel de re te celo, dicimus apte.
Te doceo de grammatica, tu dicito parce.
Celo cum uerbis rogandi, docendi, uestiendi, regit
 duos accusatiuos pro diuersis acceptos: ut celo te
 arcana mea. Doceo discipulos poēsū, rogo magi-
 strum ueniã, induo te tunicam.

Sed rogandi, id est, precandi & interrogandi
 uerba admittunt quandoq; ablatiuum pro altero
 accusatiuorum: ut a nemine percontaberis ea, quæ
 tua non intersunt.

Vergilius:

Ipsum obtestemur, ueniãq; oremus ab ipso.
Cicero: Legem sibi indicunt innocentia, continen-
 tia, uirtutum omnium, qui ab altero rationem ui-
 ta reposit. Supplico semper datiuum habet. Ter.
 Ipsum hunc orabo, huic supplicabo.

Verba uestiendi mutant interdum accusatiuum
 personæ in datiuum: ut induo tibi tunicam. Rei ue-
 ro in ablatiuum, ut induo te tunicam.

Ouidius:

Fluminaq; obliquis cinxit decliua ripis.
 Personam hic uoco, quicquid patitur: Rem, quod
 neque agit, neque patitur.

Eodem plane modo uariat celo: ut celo tibi con-
 siliū meum. Sed hoc ablatiuo rei dat prepositio-
 nē. Cicero: Bassus noster de hoc me libro celauit.
 Cælo pro sculpo huc non pertinet.

Quamuis inuenitur, doceo te de hac re. Sallust.
 De itinere hostium senatum doceo. Non tamen
 liben-

SYNTAXIS.

libenter dicerem, doceo te de hac arte. Instruo, imbuo, & instruo exigunt ablatiuum sine præpositione: ut intererit multum quibus moribus puerum instituas.

Horatius:

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem

Testa diu.

Cato:

Si tibi sint nati, nec opes tūc artibus illos Instrue.

Sed hoc pro doceo simpliciter, rarum est.

Annotatiuncula.

Dixi duos accusatiuos pro diuersis acceptos, quia duos accusatiuos ad eandem rem pertinentes, aut qui significantur ad eandem rem pertinere, bene regūt alia uerba: ut uoco te hominem. Circe fecit homines lupos & leones.

Appendix.

Passiua uerborum hęc pertinentium, priore accusatiuo in nominatiuum mutato, posteriore adiutunt, qui ferè est rei inanimæ: ut rogo te ueniam, tu rogaris à me ueniam.

Vergilius:

Arma diu senior desueta trementibus æuo

Circundat nequicq̃ humeris, & inutile ferrum

Cingitur.

Regula quarta.

Delectat, decet, iuuat, da q̃rto & oportet.

Hęc quatuor uerba, delectat, decet, iuuat, oportet, accusatiuum post se cupiunt, & cum infinitiuo impersonalia dicuntur, cum nominatiuo ante se personalia: ut delectat me studere, aut delectat me studium: decet sacerdotem caste uiuere, aut decet sacerdotem casta uita: iuuat nos aspicere arua, aut

H

Q

iuuat

DE SPAVTERII

inuat nos aspectus aruorū. Dubium uideri potest, an oportet accusatiuū habeat, si enim dicas oportet te ire, te non regitur ab oportet: sane ubicumque hoc uerbū personaliter inuenitur, post se nullamquam habet accusatiuum, cum quo alia tria passim occurrunt.

Horatius:

Quem res plus nimio delectauere secundæ
Mutatæ quatient.

Idem: Paruum parua decet. Ouidius:

Scilicet interdum miscentur tristia læris.

Nec populam toto pectore festa iuuant.
Dedecet, offendit, lædit & alia nonnulla cum infinitiuo impersonalium quoque naturam accipiunt: ut indulgere Baccho offendit cerebrum. Antiqui decet ponebant cum datiuo.

Regula quinta.

Cōpositū quandoq; dabit sibi præposituræ

Casum: Quocirca quartū sextūq; dat exit.

Sæpe quidē docti repetunt bñ præpositurā.

Verbum compositæ figuræ regit aliquando casum

præpositionis cum qua componitur: ut adeo Pe-

trum. Circumsistimus magistrum. Plautus: Me mi-

seram ad hunc modum, decies die uno sæpe extru-

dit ædibus. Horatius: Deus immortalis haberi

Dum cupit Empedocles, ardētem feruidus Actrā

Infiluit. Idem: Hæres

Hæredem alterius, uelut unda superuenit undam.

Dicimus ex eo & egredior domo uel domum: quia e, ex & extra in compositione idem ualent.

Sæpe præpositio repetit: ut egredior è tēplo. Cic.

Extra

SYNTAXIS.

Extra cancellos egredi conabor. Terent. In amore
 hæc omnia insunt uitia, iniuriæ, Suspitiones, inimi-
 citiæ, induciæ, Bellum, pax rursus. Verum ne quis
 in repetitione præpositionis pleonasmum commut-
 ti putet, sequens notanda est regula.

Aequiualens geminis, harū si iungitur uni;
 Dictio, pro reliqua tantūmō debet haberi.
 Quoties dictio equiualeat duabus dictionibus in si-
 gnificando, si ipsi altera illarum iungatur, capitur
 solum pro reliqua: ut insum in lectione. i. sum in le-
 ctione. Opusculum significat paruū opus, at si paru-
 um apponatur, habetur pro primitiuo. Cic. in pa-
 rad. Accipies igitur hoc paruū opusculum. Sed
 hoc modo diminutiuis utimur ob uehementiorem
 rei depressionem. Huc non respexerūt Lancilorus,
 Perottus & Bergomates, qui negant, nemo idem
 significare, quod nullus homo: quia Liuius super-
 flue dixisset, Nemo hominum: & Terentius, Homi-
 nem callidorem uidi neminē quā Phormionē.
 Sed certe in his & similibus, nemo solum pro nul-
 lus ponitur. Quod uero idem Liuius ait: Nemo de-
 orum; & Vergilius:

Turne, quod optanti diuūm promittere nemo

Auderet, uoluenda dies en attulit ultro:

tolerabilis ἀκυρολογία est teste Seruio. Ipsa autē ety-
 mologia indicat, nemo ad homines peculiarit̄ per-
 tinere, constat enim à ne & homo, ut cum Seruio
 Pompeius Festus testatur.

Regula Sexta.

Quām poscendo diu, q̄rtū uelposito sextū

H in Cum

DE SPATIIS

Cum quouis uerbo : secus ablatiu⁹ adesto.
Omne uerbum regere potest accusatiuum uel ablatiuum temporis sine præpositione, aut accusatiuum cum præpositione, ubi quæstio fieret per quam diu, & quam dudum, aut per quam pridem de longiori tempore quærens: ut quam diu habitasti Lutetiae? Tres annos, uel tribus annis, uel per tres annos. Quam dudum obiit pater tuus? Abhinc tres dies, uel tribus diebus. Cicero ad Atticum : Quod quæris, quam diu hic? paucos dies: sed certum non habeo.

Vergilius:

Noctes atq; dies patet atri ianua ditis.

Cicero: Tenuisti prouinciam per decem annos. Suetonio. de Caligula : Vixit annis XXVIII. imperauit triennio, & decem mensibus diebusq; octo. Venustus tamen tempus continuuum per accusatiuum effertur. Pla. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Secus ablatiuus adesto.) At quæstione facta per quando, aut quanto tempore, pro intra quantum tempus, solus ablatiuus datur: ut quando uenisti?

Hora tertia.

Ouidius:

Mense malas Maio nubere, uulgus ait.

Quanto tempore hæc scripsisti? Tribus horis.

Ouidius:

Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.
Id est, intra exiguum tempus.

Regula septima.

Quantum sit spatiū, quarto uel dicito sexto.
Ast ubi quid factū, sexto tñ modo prome.
Ver-

SYNTAXIS.

Verbum eundi & distandi regit accusatiuum uel ablatiuum distantiae aut spatij: ut ambulauit septem milia uel milibus. Colonia adest hinc iter uel itinere quatuor dierum. Plautinus Euclio: Si hercle tu ex isthoc loco digitum transuersum, aut unguem latum excefferis, continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.

Annota: iuncula.

Distantiae casus aliquando subauditur. Cicero: Nos properabamus in castra, quae aberant bidui. Cum dicimus, iui duo milia, subauditur genitiuus passuum: quia miliare continet proprie mille passus. Continet autem passus quinq; pedes. Martia, Te tamen ut uideam, duo milia non piget ire.

Vt te non uideam, quatuor ire piget.

Ast ubi quid factum, sexto &c.) Vbi quid factum sit, eloquemur solum per ablatiuum: ut captus est latro sexto ab urbe lapide: non sextum lapidem. Sed opus est, ut nomen distantiae sit, alioqui praepositio adderetur: ut Ioannes baptista decollatus est in carcere.

REGIMINIS ABLATIVI

Regula prima.

Natura faciens regit sine praepositura
In sexto, a uerbis per multis, mobili-
busque.

Sic dabis efficiens quodcumque, modo bene possis
Hoc praepre, propter referare: pudore tacemus,
Te uirtute colo, tardus senio, grauis aere.

DESPAVTERII

Rex dono Christi, diuino numine præsul.
Omne ferè uerbum, & plurima adiectiua regere
possunt ablatiuum causæ efficientis, præcipue na-
turalis & internæ, qui ablatiuus declaratur per præ-
positionem per, uel præ, uel propter. Exempla de
uerbis: Taceo pudore, rubesco ignorantia, hic stu-
pet uitio, pinguescit glis somno, feci amore tui: id
est, propter pudorem ignorantiam &c. aut præ pu-
dore etc. Cicero ad Petum: Mirifice capior facetijs,
maximæ nostratibus. Ambr. Peccator quamuis fo-
ris abudet et delitijs fluat, odoribus fragret, in ama-
ritudine animæ suæ uitam exigit. Horatius:

Hic murus ahenius esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Idem:

Imberbis iuuenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis canibusq; & aprici gramine campi.

Exempla de adiectiuis. Pallidus morte, albus
frigore, tardus feruo, grauis ære, superbus honore
id est, propter mortem, frigus &c. Plini. Vtica Ca-
tonis morte nobilis. Quintilian. Aristotelem du-
bito sciëntia rerum, an scriptorum copia, an eloquē-
di suauitate, an inuentionum acumine, an uarieta-
te operum clariorem putem.

Quædam substantiua, ut dignitatum nomina,
regunt ablatiuum efficientis: ut dei gratia rex, di-
uino auxilio Papa.

Regula secunda.

Materies ex qua raro sine præpositura

Ponit: ut fukio nummos cudit faber auro.

Mate

SYNTAXIS.

Materia ex qua aliquid fit in ablatiuo exprimitur, sæpius cum præpositione de, e, uel ex: ut faber facit ex auro calicē. Homo factus est de limo terræ. Aliquando præpositio subauditur, sed ferè apud poetas: ut apud Vergilium: Aere cauo clypeus. Sectaq; intexunt abiete costas. Viminibus, molliq; paras de texere iunco.

Regula tertia.

Materiã, circa quã proprietates habet esse,
Mobile cū ybo sexto capit: auct^o honore,
Lacteq; distentus, sic adiectiua dabuntur
Plurìa, cū ybis fungor, uescor, fruor, uitor,
Victito, fraudo, beo, dono, afficio, colo,
sterno

Cū multis iūges, quæ prosa recludet abūde.
Plurima adiectiua & uerba regunt in ablatiuo materiam, circa quam proprietates uersatur. De adiectiuis: ut auctus muneribus, huber distentum lacte, duplex auro, uir duplex animo, præditus uirtute. Cice, in Verrem: Homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus. Lentus gradu, dulcis eloquio, benign^o natura, præptus lingua, tard^o manu: Licet hic sit materia cui quid inheret, tamen dici quoque potest materia circa quam fit aliquid.

Exempla de uerbis. Fungor, defungor magistratu, uescor carne, fruor amici conspectu. Uitor, abutor nummo, uictito lacte, fraudo te iure, beo te diuitijs, dono te equo, afficio te honore, colo te modo dico munere, sterno lectum tapetis, prosequor

DE SPAVTERII

te laude, id est, laudo te. Sic persequor te odio, amore, benevolentia &c. Pascor herbas, passivi generis est. Pascor herbas, deponens est. Dignor te laude, id est, dignum iudico. Vergilius: Haud equidem tali me dignor honore. Mutat aurea creis. Horatius: Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Tempero me uino, uel à uino. Conficior mœrore, senectute, tristitia. Frustror aut frustror te spe, id est decipio. Frustror expensas, id est frustra ago. Multa tam nomina, quàm uerba huc referri possent, quibus ex ordine instituto, nona in constructione genitiui data est regula. Fungor, uelcor, fruor, utor, inueniuntur etiam cum accusatiuo. De impertior & dono latius in datiuo dictum est.

Regula quarta.

Forma, modusue datur per casum rite latinum.

Nomen formæ uel modi regitur in ablatiuo à uerbo & adiectiuo nomine, aliquando etiam à substantiuo, quotiescunq; apta fieret interrogatio per quomodo: ut si quis quærat, quomodo cātabimus? apte respondebis, submissa uoce, graui accentu. Sic, aspicio te toruis oculis. Facies miris modis pallida. Ouidius: Tres sumus imbelles numero. Namine Petrus. Cognomine Paulus. Namine grammaticus, re barbarus. Præceptor consilijs. Rex titulo. Troianus origine Cæsar. Non iniuria id feci. More meo doceo. Iure meo hoc mihi uendico. Recito dulci prolatione.

Regula quinta,

Mobile

SYNTAXIS.

Mobile uel uerbū mensurā dat sibi quarto,
Vel sexto: lōgus tres ulnas, uel tribus ulnis.

Adiectiuum nomen uel uerbum regit mensurę
nomen in accusatiuo uel in ablatiuo: ut hic pannus
est lōgus tres ulnas, uel tribus ulnis. Plinius de Ba-
bylone: Muris ducentos pedes altis, quinquage-
nos latis. Plautus: Comesse panem treis pedes al-
tis, quinquagenos latis. Plautus: Comesse panem
treis pedes latum potes. In sacris: Erat autem Nini
ue magna itinere trium dierum. Persius:

Nugaris cum tibi caluę

Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.

Regula sexta.

Mensurā excessus uerbū uel mobile sexto
Optat: ut excedo digito, pede lōgior uno.

Dictio significans excessum regit ablatiuū, qui
significat excessus quantitatem, certam uel incer-
tam: ut sum te longior capite, hoc lignum excedit
illud digito. Sum te modico doctior, multo for-
rior. Iuuenalis de Pygmeis: Tota cohors pede non
est altior uno.

Regula septima.

Passiuus sextum dabimus cū præpositura
A uel ab, Accipiēs sic do, distās remouēsq;
Sic alius ponas, & quę conformia noris.

Omne uerbum passiuum potest regere post se
ablatiuum mediāte præpositione à uel ab: ut amor
à Petro, liber legitur à magistro, uapulas à præce-
ptore, infans okulatur à matre. Horatius: Lauda-
tur ab

DE SPAUTER II

tur ab his, culpatur ab illis. Quintil. Fabritius respōdit se à ciue spoliari malle, quàm ab hoste uenire.

Annotatiuncula de constructione in personalium in tur.

Passiuum uerbum hic uoco non solum quod est passiuu generis, sed quodecumq; pati significat, siue in o, siue in or desinat. Et adduntur passiuę uocis impersonalia, licet actiue significant, quę præter ablatiuum post se regunt casum uerborum suorum: ut tibi reclamatur ab omnibus. Cicero: Nihil est à me inseruitū temporis. Sed cauendum, ne eis quę ueniunt ab actiuis, & à neutris accusatiuum regentibus, accusatiuum apponas, nō enim sic loquerer, à me legitur Matthæum, à te aratur terram: sed personaliter, à me legitur Matthæus, uel lego Matthæum: à te aratur terra, uel tu aras terram.

Accipiens sic do, distans, remouensq; Verba accipiendi, distandi, & remouendi, regunt ablatiuum cum præpositione à uel ab.

Accipiendi: ut accipio, recipio, audio, disco, quaero, habeo, intelligo, conduco, spero, expecto, nascor &c. Binas à te recepi literas. Ter. Disce ab his, qui uere sciunt. Pub. Ab alio expectes alteri quod feceris. Tacitus: Nasci à principibus fortuitum est. Fœnero uel fœneror tibi, id est, pecuniam ad usuram do. Fœnero uel fœneror abs te, id est, ad usuram accipio: Contra Vallam, teste Mancinello.

Distandi & remouendi: ut disto, differo, absum, abeo, recedo, abhorreo, alieno, amolior, diuido, segrego, arceo, abhorreo, auerto, aufero &c. ut longe distat.

SYNTAXIS.

distat à nobis India. Absum ab Italia. Sueton. Nec
 abhorret à ueritate. Horreo, abhorreo hanc rem, id
 est abominor, execror aut formido. Aufer à nobis
 domine iniquitates. Auerte iram tuam à nobis. Sur-
 per sedeo sæpius legitur cum ablatiuo, quàm accu-
 satiuo. Cicero: Superfedeas hoc labore itineris.

Annotatiuncula generalis.

Verbis huius regulæ aliquando datur ablati-
 uis ommissa præpositione. Sueto. in Domitian. Phi-
 losophos omnes urbe, Italiaq; submouit. Horati.
 Aliorum opprobria sæpe Absterrent uitijs. Idem.
 Viuere si recte nescis, discede peritis.

Sic alius ponas.) Quædam adiectiua regunt
 ablatiuum cum à uel ab: ut alius ab illo: sic alter, di-
 uersus &c. Primus à rege. Secundus à principe. In-
 teger à uitijs. Castus à Venereis. Romulus oriun-
 dus est Troia, uel à Troia. De uacuis & alijs qui-
 busdam dictum est in constructione genitiui.

Regula octaua.

Instrumenta dabis sextis sine præpositura.

Quoduis uerbum potest regere instrumentum
 in ablatiuo, cui nullo modo addi potest præposi-
 tio: ut scindo panem cultro. Cædo ferula. Impuli te
 pugno. Peto te stricto gladio. Concordia res par-
 uæ crescunt, discordia maxime dilabuntur. Horat.
 Reges dicuntur magnis urgere culullis,
 Et torquere mero, quem perspexisse laborant.

Vergilius:

Nullus ubiq; potest felici ludere dextrâ.

Annotatiuncula.

Vbi non

DE SPAUTERII

Vbi non instrumentum significamus sed comitem, quem modum actionis uocant, licet præpositionem addere teste Valla: ut acceptus est à nobis cum honore. Magna cū beneuolētia scripsit. Cum magna affabilitate me allocutus est.

Regula ultima.

Absq; regente duos sextos bene pone sequelæ:

Discunt discipuli me p̄ceptore docente.

Quoties duæ orationes nominatiui & uerbi sic se habent, ut alteri opponatur talis particula, dum, quando, postquam, aut similis, lepide priorem mutamus in duos ablatiuos: qui non reguntur, sed ponuntur absolute: ut pro dum magister legit, pueri scribunt, eleganter dicitur, magistro legente pueri scribunt. Sic, magi apertis thesauris obtulerunt mura. Augusto regnante natus est Christus: Tyberio imperante crucifixus. Teren. Me impulsore nō fecit. Horat. de sene, Laudator temporis acti se puero, id est, cum ipse esset puer.

Annotatiuncula.

Dicitur ablatiuus sequelæ siue consequentiæ, quia aliquid ex alio denotatur sequi: ut sole lucente euanescent tenebræ. Dicitur abolutus quia non regitur.

GRAMMA

GRAMMATICAE DESPAV-
terianæ liber nonus, de ordine declara-
tionis grammaticæ, & de Syntaxi re-
ciprocorum.

Ordo grammaticæ declarationis.

Optandi debent aduerbia siue uocādi
Sumere principiū, ueluti interiectio
sæpe,

Ecce, age & heus. Post hæc casum decet ad-
dere quintum.

Hinc rectū sequitur uerbū, Tibi fit gñalis
Regula, quæ à tergo regis uult dictio cūcta
Postponi: Si quid declarat iuris idē fit.

Si quid fit tacite positum supplere iubebo.
Regulæ in ordine grammaticæ declarationis
obseruandæ sunt septem.

Prima regula.

Excitandi particula: ut aduerbia optandi, uocā-
di, demonstrandi, hortandi & respondendi, & in-
teriectiones: plærung sumunt principium in ordi-
ne grammaticæ declarationis.

Secunda.

Post hæc sequitur uocatiuus,

Tertia.

Post uocatiuum sequitur nominatiuus à fronte
uerbi rectus.

Quarta.

Post nominatiuum sequitur uerbum personale
siquid

DE ORDINE
finiti modi. Semper intelligo si fit in oratiōe, nam
si hæc absuerint, ab impersonali inciperemus: ut re-
det animam meam uitæ meæ.

Quinta.

Dictio recta à tergo sequitur dictiōne regentē.
Itaque post uerbum personale aliquando sequitur
nominatiuus, ut sum homo: aut genitiuus, ut mi-
serere mei: aut datiuus, ut seruiō Deo: aut accusa-
tiuus, ut amo Deum: uel ablatiuus, ut careo num-
mis.

Sexta.

Declarans declarato postponitur: ut adiectiuū
substantiuo, aduerbium uerbo, infinitiuus finito.
Item infinitiuus, & supinum, & gerundium postpo-
nitur adiectiuo: ut certus mori, aut moriendi, tur-
pe dictu. Præpositio cum suo casu postponitur uer-
bo per hanc regulam: quia ipsa cum casu declarat si-
gnificationem uerbi: ut uado ad forum.

Septima regula.

In declaratione orationis diligenter uidentū
est, an aliqd subaudiat, quia hoc suppleri debet: ut
miserā me, uereor: subauditur o uel heu. Vnde mi-
hi lapidem. Hebræi sunt & ego.

Sex à dictis regulis exceptiones.
Quod rogat, atq; refert, & habet quod
uim referentis,

Vt qd uerba petit semp duo, dū, qd, donec.
Atque negans præit, ob logicam mutabi-
tur ordo.

Præce-

GRAMMAT. DECLA.

Præcedens semp præponit & referenti.

Prima exceptio.

Interrogatiuum semper præcedit, ideo ab obliquo uel aduerbio sæpe inchoamus ordinem: ut quæ queritis? Vbi uidistis hominem? Quæ tædet uitij?

Secunda.

Nomen relatiuum & hinc aduerbium præcedit dictiõnem à qua regitur: ut hic est, quem uide re cupiui. Vidi campũ, ubi Adam habitauit: Vergi-

O ter quaterq; beati,
Quis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.

Tertia.

Dictiõnes uim relatiuam habentes, ut quæ ad sensus perfectionem plura uerba petunt, debent in declaratione grammatica præcedere. Tales dictiõnes sunt nomina uel aduerbia infinita, cum, deinde, deinceps, sic, sicut, sicuti, dum, quando, quia, quoniam, licet, postquam, quàm, quamuis & similia his quamplurima.

Quarta.

Dictio negatiua debet præcedere: ut ne utiquã faciam, neminem uideo. Aduerbium prohibendi etiam negandi uim habet, ergo præcedit: ut ne feceris.

Quinta.

Propter dialecticorum præcepta oportet interdum contra dictas regulas partes orationis ordinare: ut cuiq; homini anima est. Aliquo homine di

DE SPAVTERII

tior sum. Hominē cognosco: Et similia, quę tamen à doctis interim spernuntur. Sonorum alius uox, alius non uox.

Sexta exceptio.

Relatiuum necessario postponitur antecedenti, ideo obliquus contra dictas regulas aliquando præponitur nominatiuo aut uerbo: ut Ciceronis indiget suus filius. Patrem sequitur sua proles.

DE RECIPROCIS.

Reciprocum est relatiuum reflexiuum, quod ad id unde prodijt reuertitur: ut primitiuum sui & deriuatiuum suus. Velut iste amat se: ecce, hic amor reflectitur ad amantem. Sic iste diligit filium suum: hic dilectio tendit in rem diligentis.

Vt autem facile pateat ad reciprocorum notitiam iter, ante omnia diligenter considerandum est principale suppositum, ad quod fieri debet reciprocatio: ut superbus est sui laudator. Publius: Auarus ipse miserię causa est suę. Expectat te Ioannes, ut se iuues: principale suppositum est Ioannes. Sic in omnibus orationibus de ut & ne, principale suppositum est suppositum prioris orationis: ueluti magister præcepit, ut ad se uenirem. Ioannes timet, ne sibi noceam. Ioannes diligit Petrum & fratrem suum: de fratre Ioannis intelligitur. Ioannes diligit Petrum & fratrem eius: de fratre Petri intelligitur, quia hic ad obliquum, illic ad principale suppositum fit relatio. Ideo in Euangelio bene dicitur. Surgens accepit puerum & matrem eius nocte. Et uocabis nomē eius Iesum: Ipse enim

S Y N T A X I S.

eniam saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Eorum dixit, non suis, ne de peccatis Iesu, quæ nulla fuere, loqui uideatur. Vertit autem interpretes eorum pro eius, Matthæus enim Græcus pluralè genitiuum ἀνθρώπων habet.

Annotatiuncula.

In reciprocis multi errarunt, aut ipsis ex industria abusi sunt, ut Lauren. Valla ostendit: sed caute uidendum est, ad quid fiat relatio, ne non illi, sed nostra erret censura: ut apud Horatium, Aut famam sequere, aut sibi conuenientia finge: Georgius Valla uult, sibi pro ei poni, quod uerum non est, quia sibi ad famam non refertur. Sed sensus est,

finge conuenientia sibi, id est, ea quæ
sibi ipsis non aduersentur, uerum
inter se apte cohæreant,
ne monstrum nascatur tale,
ut nec pes, nec caput uni reddatur
formæ.

F I N I S.

I H UTILIS

VTILISSIMVS DE SIGNIS,
de graduum comparationis proprie-
tate, ac de numeris libellus, ex De
spauteriana Syntaxi ex-
emptus.

Sebastianus Duisburgensis lectori S.

BReuiter & dilucide in hæc tria capita contu-
li, quæ post partitiuorum constructionem,
diffusius quàm par erat, tum obscurius quàm con-
ueniebat pueris, tractata fuerant. Ne autem eis il-
lum in nostra methodo darem locum, inter alias,
quas longum foret exequi causas, hæc me non pa-
rum mouit, quòd licet omnia & digna sint, & ne-
cessaria scitu, maxima tamè eorū pars nihil ad Syn-
taxin pertineat. Quid aio? Vt hæc illinc eximerem,
uoluisse uidetur ipse Despauterius. Cum enim in
his se longius à proposito digressurum animad-
uerteret, præmonuit lectorem, ut ad nonam con-
structionis genitiui, quæ proxima est, se conferret,
regulam, hæc deinde si commodius appareret, per-
cepta iam Syntaxi edisceret. Quamobrem præci-
pue mihi placuit, postremo discenda, rudiorisq; ca-
pitum excedentia, in postremas reseruare chartas.
Quod ut in percipiendis præceptis maxime iuuat,
ita in tradendis eis, à probatis scriptoribus ubique
uidemus obseruatum.

Vale.

DE SL

DE SIGNIS

Caput primum.



VOD hic signū uoco, à Græcis syncategorema dicitur: est enim dictio per se nullius rei significatiua, quæ alteri adiecta significationem eius dirigit: ut cum dico, omnis homo mortalis est; omnis est

signum.

Signorum alia sunt uniuersalia, alia particularia. Item quædam modo ponuntur interrogatiue: ueluti quis ubique sapit? Modo infinite: ut nescio, quis sibi non faueat.

Signum uniuersale seu distributiuum est, quod singulis quicquam distribuit uel aufert: ut omnis, nullus.

Signum particulare est, quod alicui quicquid dat uel aufert: ut aliquis, aliquis non. Hic nota, nullū esse simplex signum particulare negatiuum, sed fieri quandoque ex negatione & sequente signo uniuersali. Vergilius: Non omnia possumus omnes, id est, aliqui aliqua non possumus.

Quis & uter differunt. Quis quærit de pluribus quàm duobus, & aliquando de duobus. Vter solum de duobus interrogat: ut quis digitorum est longissimus. Vtra manuum est fortior? Exemplū ubi quis de duobus quærit. Persius de Ioue & Statio: Quis potior iudex, pueri uel quis aptior orbis? Nolum nisi rarissime imitari.

DE SIGNIS.

Eandem differentiam habent omnia à quis & uter composita . Vterque pro duobus distribuit. Quisq; ut omnis pro pluribus. Neuter pro duobus Nullus pro multis. Vterlibet , uteruis duorū sunt. Quilibet, quiuis plurium. Quicumq;, id est , omnis qui. Vtercunq;. i. siue hic, siue ille.

Quisq; & quisquis in eo cōueniunt, quòd utrūq; est uniuersale: sed in hoc differunt, quòd quisq; unico uerbo contentum est: ut ditissimus quisq; est superbus, id est, omnis diues. Quisquis duo uerba petit, quia per relatiuum, seu quicumq; declaratur: ut saluabitur, quisquis mandata dei fideliter seruaerit: quisquis, id est, omnis qui, aut quicumq;. In obliquis tamen unico interdum uerbo orationem perficit: ueluti hominem quoquo modo absoluas: pro quoouis modo. Autor Erasmus. Sed propter precedentia bonam hic notabis regulam.

Interrogatiuum cū que coniunctione cōpositum, fit uniuersale unico uerbo contentū: compositum uero cum se ipso exponitur per cumq;: ut quisquis, quicumq;: qualisqualis, qualiscunq;. Terentius: Vbiubi erit, diu latere non poterit, id est, ubicūq;. Plautus: Vtut es facturus, hoc quidem Hercule haud rericibo, id est, utcunq;.

Ambo & uterq; differunt. Vtrumq; fecisse dicimus, si & hic & ille fecerit diuissim: ut uterq; fecit domū, ergo duæ domus factæ sunt. Ambos fecisse dicimus, si duo coniunctim aliquid fecerint: ut ambo sibi monumentum constituerunt, hoc est, unum monumentum commune.

Vterque nominatiuus singularis, & utrique nomina

DE SIGNIS.

minatiuus pluralis hoc discrimen habent: Uterq; solū duo significat: ut uterq; exercit⁹. Vtriq; duo q; dem significat, sed sic, ut in singulis plura intelligas: ut cum dico utriq; exercitus, significo utriusq; ducis cōplusculos exercitus. Hæc ex arte dicuntur, quam sæpe confundit authoritas.

Quilibet, quiuis, uterlibet, uteruis, differunt ab uterq; & quisq;. Quisq; & uterq; sunt distributiuæ uel uniuersalia. Quilibet, quiuis, uterlibet, uteruis, sunt particularia, & significant unum sub optione ad cætera: ideo hæc enunciatio particularis est. Quilibet librorum meorum erit tuus, id est, unus erit tuus, quicumq; ex omnibus eligetur. Horat. *Ilia & Aegeria est, do nomen quodlibet illi:*

Id est, quodcumq; placet, non tamen do omne nomen. Ex his patet errare neotericos dialecticos sumētes quilibet pro quisq;, uteruis, p̄ uterq;. Causa erroris est, quod hæc cum uerbis præsentis temporis indicatiui modi parum differunt: ut quilibet homo est auarus, uera non est, nisi omnis homo sit auarus. Ouidius:

Pollicitis diues quilibet esse potest:

Recte hic dixisset quisq;. Similiter differunt & aduerbia ubiq;, ubiuus: quoque, quolibet &c.

Alter & alius hoc discriminis habēt. Alter unā duarum rerum uel partium significat: ut Hannibal in transitu Alpium alterum oculum amisit. Exemplum de partibus. Cicero: Duplices similitudines esse debent, unæ rerum, alteræ uerborum. Vergilius:

DE SIGNIS

Aurea mala decem misi, cras altera mittam:

Alius de pluribus dicitur: ut alij uirtutem præponunt, alij uoluptatem, alij indolentiam. Interdum tamen alius de duobus dicitur, ubi diuersa esse conceduntur: ut alia est facies mea, alia tua. Dubitatur uter excellat, Liuius an Sallustius, & alius alium præponit, Hic aliter loqui non liceret, teste Valia. Item alter aliquando capitur pro alius. Alteruter quiuis è duobus, siue uterlibet, uel alter ex duobus.

Quis & qui nominatiui singulares differunt. Quis interrogatiue aut infinite ponitur, nunq̄ relatiue. Interrogatiue: ut quis fecit? Infinite: Plin. Tum mihi, nescio quis, in aurem insusurravit.

Qui ponitur interrogatiue & relatiue. Interrogatiue: Liui. Qui finis erit discordiarum? Relatiue: ut diligo discipulum, qui literis diligenter operam nauat.

Que et qua nominatiui singulares fœminini generis differunt, ut quæ & qua nominatiui accusatiuiq̄ plurales neutri generis. Quæ utimur in compositione: ut quædam. & extra compositionem: ut quæ hæc impudentia? Qua solum in compositione utimur: ut aliqua, siqua.

Inter quod & quid, hæc interfunt. Quod cum suis compositis est adiectiuū: ut quod pomū, quodcumq̄ donū. Quid cum suis est substantiuū: ut quid negotij, quicq̄d cause. Quod querit & refert. Quid querit tantum, aut infinite ponitur.

Differt quidam ab aliquis, quisq̄ quispiam. Quidam dicit personam certam, & singulare potius signum

DE SIGNIS

signum est, quàm particulare. Aliquis, quisquàm, quispiam dicunt personam incertam: ut quodam tempore natus sum, aliquo moriar. Erasmus ait, quidam nonnūquam incertam personam significare, ueluti quando aut contemptum, aut translationem habet: ut Isidorum mihi quendam citabat; perinde ac si dicas, Isidorum nescio quem. Lachrymas emi fit quendam animi sanguinem. Seditio morbus est quidam ciuitatis: In his translatio est. Idem testatur, quispiam tam certam, quàm incertam significare personam.

Et si nullus significat aliquis, nunquàm tamen affirmatiue ponitur, sed aut negatiue: ut non est ullus qui curat: aut interrogatiue, ut me uocat ullus? aut subiunctiue: ut si me ullus uocauerit, ilico adero. Hinc fit nullus, quod comice pro nō capitur: ut nullus faciam.

Differunt nullus & nemo. Nullus generaliter ad omnia pertinet. Nemo proprie tantum ad homines, quia interpretatur nec homo. Ita dicit Seruius, & plures. Vide regulam quintam de constructione accusatiui.

Deui graduum comparationis.

Caput II.

Quinq; modis fit cōparatio. Primo, ab uno ad plures sui generis, & tunc superlatiuo est utendum, si illi plures sunt impares: ut medius est digitorū fortissimus. Si uero pares fuerint, cōparatiuo est utendum: ut hoc uas est cæteris capacius:

I V si qua

DE VI

si quatuor sint uasa, tria quidem eque capacia, quartum capacius.

Secundo fit comparatio ab uno ad plures diuersi generis, & comparatiuo utimur: ut Leo est fortior equis.

Tertio fit comparatio ab uno ad unum, per casum significatam utrunque & sic comparatiuus partitiue habet genitiuum: ut dextera est fortior manuum: fit comparatio à dextra ad læuam, per genitiuum manuum significantem & dextram & sinistram. Vel fit comparatio ab uno ad unum sine casu utrunque significante: ut dextera est fortior sinistra.

Quarto fit comparatio à pluribus ad unum: ut socij mei sunt doctiores me.

Quinto fit comparatio à pluribus ad plures: ut sumus fortiores uobis.

Duplex est comparatio: propria & impropria, uel abusiua.

Abusio in superlatiuis rarior est, in comparatiuis fit tribus modis. Primo constructione, ubi comparatiuus proprium non regit casum. Sallustius in histori. Nulla arte cuiquam inferior: pro quoquam. Plinius de Pado: Nulli annium celeritate inferior: pro nullo.

Secundo fit abusio formatione, ubi fit à substantiuis: ut neronior. Ipsissimus superlatiuus est formatione abusiuis. Sic apud Aristophanem ab *ἄνθρωπος*, id est, ipse, inuenitur *ἄνθρωπώτατος*, id est, ipsissimus.

Tertio significatione, ubi pro positiuo caput
lenior

GRAD. COMPAR.

senior pro senex: aut minus significat, ut tristior, id est, parum tristis: aut fere contrarium, ut dulcius, id est, minus amarum. Melius est amittere rem quam famam, id est, minus malum. Curtius: Mare Caspium dulcius cæteris, ingentis magnitudinis serpentes alit. Aut ubi comparatiuus pro superlatiuo ponitur, quod nimis fit sæpe in sacris, nec debet imitari: ut minor discipulorum, pro minimus discipulorum. Fides, spes, charitas, tria hæc, sed maior horum est charitas: pro maximum horum uel maxima horum, uel ut Erasmus uertit, maxima in his charitas. Est etiam impropria comparatio, quã do accidens excedenti tantum conuenit: ut deus est melior demone.

Quod dixi comparatiuum aliquando minus significare quam positiuum, in eo subscribo Prisciano, Seruio, Plinio, et Varroni contra Vallã. Verg. de Charonte:

Iam senior, sed cruda deo uiridisq; senectus.

Senior dixit, pro ex parte senex, quia subdit: cruda deo uiridisq; senectus.

Interdum urbanior & modestior est, per comparatiuum sermo: ut es in dicendo loquacior, liberior, superbior: Vbi subaudiri uidetur, paulo quam decet, aut quam æquum est. Persius: Ocyus adsit huc aliquis.

Ad propriam comparisonem necessaria sunt quinque. Primo res comparata. Secundo res cui comparatur. Tertio aliquid in quo fit comparatio. Quarto, ut uterque accidentis sit particeps. Quinto,

DE VI

Quinto ut alter terminorum magis participet, uel participare intelligatur: ut rex est ditior comite. Rex est res comparata, comes res cui comparatur, accidens siue id in quo comparatio fit, diuitiæ sunt, de quibus participant rex & comes, magis autem rex.

Inter comparatiuum & superlatiuum hæc est differentia. Superlatiuus facit comparisonem inter plura duobus eiusdem generis uel naturæ, ubi res excessæ sunt impares: ut Vergilius fuit doctissimus poëtarum. Comparatiuus partitiue regens genitiuum facit comparisonem inter duo eiusdem generis: ut dextera est manuum fortior. Vbi quæ hæc absunt, comparatiuus locum habet cum ablatiuo: ut Petrus est doctior suis condiscipulis. Paulus est longior Petro, Andrea & Ioanne æqualem staturam habentibus. Dicitur in Syntaxi, comparisonem inter res eiusdem generis tunc fieri, quando casus comparatiui uel superlatiui tam excedens, quàm excessum continet.

Hæc breuiter repetij, ut intelligas quàm inepte Mancinellus, Sulpitius, Lancilotus, Aldus & plures Vallæ dictam ponenti differentiam repugnēt. Quorum omnium tela duobus modis excuties. Primo respondebis Vallam fateri, se de gradibus comparisonis annotasse ea, non quæ scriptorum uulgas, sed duo lumina eloquentiæ latinæ, M. Cicero, Marcusq; Fabius Quintilian. obseruauerunt. Proinde notatur ab eo Macrobius, superlatiuo ad plura diuersi generis abusus, cum ait: Age Serui, non adolescentum, qui tibi æquæui sunt, sed senū quoq;

GRAD. COMPAR.

quorum omnium doctissimus. Rectius dixisset: Non solum adolescentum doctissimus, sed senibus quoque omnibus doctior. Nec probatur Qu. Curtius dicens per comparatiuum: Duo maiora omnium nauigia: pro duo maxima omnium nauigia. Secundo Vallam defendes ostendens non fieri comparationem inter res eiusdem generis. At si eam fieri, primo aspectu apparet, responde, re excedentem a casu comparatiui, per ablatiuum relatiui substantiae diuersitatis tacite subauditum excludi, quod fit in hoc Martialis loco:

Hic totus uolo rideat libellus,
Et sit nequior omnibus libellis.

Subaudi alijs, uel reliquis, uel caeteris, & sic non fit comparatio inter res eiusdem generis, ut Laurentius id accipit, diuersum enim hunc libellum reddidisti ab alijs. Ouid. Virginibus praestantior omnibus Herse: subintellige reliquis. Hoc pacto multa alia, quae Vallae obijciuntur examinabis.

Notandum est praeterea, huiusmodi ablatiuum subaudiri posse, quando in diuisionibus genitiuus abrupte & pene absolute ponitur, ubi uideri posset comparatiuum inter plura duobus, per regimen partitionis comparationem facere. Plinius: Animalium fortiora, quibus sanguis crassior: sapientiora, quibus tenuior: timidiora, quibus minimus: at quibus nullus, hebetia. Nunc dicemus quae dictiones quibus gradibus eleganter apponantur, ubi nonnihil de prior & primus praemisimus.

Vbi prior partitiue capitur, semper inter duos tantum comparationem facit. Primus inter plura duobus

DE VI

duobus & aliquando inter duo tñ: ut uter fuit prior, Numa, an Pythagoras? Quis fuit poëtarū primus? Exemplum ubi primus de duobus tantum dicitur. Cicero: Duo quidem te nominatim rogo, primum, ut si quid satisfidendum erit amplius eo nomine non peti cures, ut satisfidem fide mea &c. Sic inuenies & apud alios: istud igitur bene notauit cōtra Vallam Lancilotus, sed quod idem de prior addit, contra eundem nihil facit.

Quintilianus & Cicero uter semper comparatiuo, quis superlatiuo dedere, ubi fit comparatio inter ea quæ sunt eiusdem generis: ubi non fit, quis etiam comparatiuo appoluerunt. Quintilian. Ita non tātum, utrum sit melius, sed quid sit optimum quaritur. Cicero: Quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus inueniendis uel iudicandis acrior Aristotele fuit?

Quisq; superlatiuo eleganter datur & numero ordinali. Omnis & cunctus positiuo & comparatiuo: ut pauperrimus quisq; contemnitur. Tertio quoque uerbo loqueris barbare: non omni tertio uerbo. Omnis diues honoratur. Cūctus doctus irridetur. Petrus asportauit cuncta utiliora. Inuenitur etiam quisque cum positiuo & comparatiuo, sed minus eleganter, teste Valla. At si comparatiuus habeat quo uel quanto, quisq; ei uenuste iungitur. Quintilianus: Erit ergo etiam obscurior, quo quisq; deterior. Lancilotus contra Vallam notauit, quod omnis etiam superlatiuo adherere. Cicero: Qui sui si cum in omni gradu amplissimo dignissimus, tū facile ordinis tui certe princeps.

GRAD. COMPAR.

Unusquisque non facile patitur superlatiuum, quia unus uim quandam ac naturam superlatiui obtinet. Potius ergo dicimus, unusquisque bonus, quam unusquisque optimus. Auctor Valla.

Vt & ita, eundemque sensum facientia tam & quam, semper similibus dantur gradibus & potissimum superlatiuis. Cicero: Vt enim quisque optime dixit, ita maxime dicendi difficultatem, uariosque euentus orationis, expectationemque hominum pertimescit. Varro de canibus: Quam paucissimos relinques, tam optimi in alendo fient. Salustius: Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est. Cicero: Vt quisque animi magnitudine excellit, ita & maxime uult, princeps omnium uel potius solus esse. Sed in habentibus uim superlatiuam omittimus quandoque superlatiuum. Cicero: Vt quisque aetate antecedit, ita sententiarum principatum obtinet. Hic antecedo & principatus superlatiuam habent.

Quo, eo uel hoc, quanto, tanto, multo, paulo, aliquanto, longe, facile, comparatiuo dantur. Quintilianus: Quo quisque ingenio minus ualet, hoc se magis attollere ac dilatare conatur. Cicero: Quanto maior es, tanto te geras summissius. Valerius Maximus: Multo seipsum, quam hostem superare, operosius est. Vergilius: At pedibus longe melior Lycus.

Multa ex dictis dantur etiam superlatiuo, aut uim superlatiuam diuersitatem ue inuentibus. Quintilianus: Declamandi ratio ut est ex omnibus nouissime inuenta, ita multo est utilissima. Catul.
ad Cic.

DE VI

Catullus ad Ciceronem:

Gratias tibi maximas Catullus

Agit, pessimus omnium poëta,

Tanto pessimus omnium poëta,

Quanto tu optimus omnium patronus.

Quintil. Longe omnium, quos quidem mihi audi-
re contigit, præstantissimus Domitius Apher. Cic.

Totius Græciæ facile doctissimum Platonem.

Vim superlativam aut diuersitatem habent, ali-
us, aliter, secus, ante, post, præsto, malo, antecedo,

excello, princeps, & similia. Cice. Multo secus eue-
nit. Sallustius: Multo præstat beneficij, quàm ma-
lificij memorem esse: Quintil. Nouem Lyricorum

facile Pindarus princeps. Cum his etiam locum ha-
beat in um aduerbia, maxime cum uerbis: ut pau-

lo uel paulum posthabui mea negotia tuis. Cicero:

Longe multumque præstat mens atq; ratio. Hinc
fit quandoq; ut uenuste in eadem oratione in o &

um aduerbia connectamus. Quintil. in laude Mu-
sices: Quid autem in nostris legionibus cornua &

tubæ faciunt? Quorum concentus quanto est uehe-
mentior, tantum Romana in bellis gloria cæteris

præstat. Ouidius:

Quanto dux milite maior,

Tantum ego te supero.

De aduerbijs in um, hoc præterea notandum
est, quòd positiuo gaudent: ut multum doctus. Ex
quibuslibet uerbis: ut quantum potes, tantum ela-
bora. Aliquando comparatiuo dantur, sed minus
eleganter. Terent. Eius frater aliquantum est ad rem
auicior. Quintilianus: Negotia paulum ad dicen-
dum.

GRAD. COMPAR.

dum tenuiora. Poteris hos parce imitari.

Valde & per, perquam oppidò q̄, sanè, sanèq̄,
nimis quam, in primis, cum primis, inter primos,
preter ceteros, cum paucis, inter paucos, ante alios,
appime, admodum, admodum q̄, mirum in mo-
dum, plerunq; positius gaudent: ut ualde suavis,
perdoctus, perq̄ literatus, oppido elegās, uir in pri-
mis doctus, & cætera. Vergilius:

O fœlix una ante alias Priameia uirgo.

Dixi plerunq; quia aliter interdum reperies, quam

Valla præcipit, quod ne quis eum ignorasse credat,

hæc illius legat uerba. Neque si quid aliter penes

autores reperiatur, mihi obesse debet, qui non legē

scribo, quasi nunquam aliter factū sit, sed quod fre-

quentissime factitatum est, præsertim à M. Tullio,

Marcoq; Fabio. Hæc Valla.

Quædam igitur etsi positio frequentius iun-

gantur (habēt enim superlationis uim) patiuntur

tamē nonnunq̄ comparatiuū aut superlatiuū. Ver.

Pygmalion scelere ante alios immanior oēs. Idē:

Petit ante alios pulcherrimus omnes

Turnus auis atauisq; potens.

Cicero: Homini in primis gloriosissimo respōdet.

Quam ex uariatiōe significationis omnibus da-
tur gradibus.

Quando significat quantum, iungitur positio.

Cicero: Quam morosi sint qui amāt, uel ex hoc in-

telligi potest. Iungitur etiam superlatiuo in eadē si-

gnificatione, si ponatur cum uerbis, possum, q̄, ideo,

ualeo, aut conformi, quale est licet: ueluti scribas

quam bene potes, uel quam optime potes. Cicero:

DE VI

Reliquum vitæ cursum, quàm quidem possum breuiter perstringam, & ut potui breuiter perstrinxi: Hic etiam ut pro quantum ponitur. Sallustius: Lurgurtha quàm maximas potest copias armat. Notabis, indifferenter dici, dicam quàm breuissime poterò, uel dicam quanta maxima breuitate poterò. Cicero: Tanta est inter eos, quãta maxima potest morum, studiorumq; distantia.

Quàm pro quanto datur comparatiuo, quod raro usu uenit.

Vergilius:

Tam magis illa fremēs & tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnae.
Tam, id est, tanto.

Quàm pro ualde elegantissime datur superlatiuo: ut literę tuę fuere mihi quàm gratissime, id est, ualde grata. Iungitur etiam positiuo, ut probant Mancinellus & Lancilotus. Cicero ad Luceium: Me ita cepit uel incendit, ut cuperem quàm celeriter rumores nostros monumentis commendari tuis. Idem: Quàm multa enim, quæ nostra causa nūq; faceremus, facimus causa amicorum. Plini. Quàm multum interest, quid à quoq; fiat.

Valla putat male dici, quàm plures, pro complures, persape tamen aliter inuenitur apud probatissimos scriptores. Cæsar: Hæ permanserunt aquæ dies quàm plures. Cicero: Carteras quàm plures tabulas pinxit.

Ex dictis obseruandum est, non bene comparari: perdoctus, perdoctior, perdoctissimus: sed, perdoctus, lōge uel multo doctior, quàm doctissimus: Ita iudicabis de similibus.

De nu-

NVMERI.

De numeris caput III.

NVmerus est unitatū collectio: ut duo, tria. Unitas nūerus non est, sed nūeri principiū. Ordinis numerorum duæ sunt regulæ. Prima. Vt maximus quisq; numerus habetur, ita primum sibi locum uendicat, ubi coniunctio abest, nisi infra uiginti: ut uigintiunus & cætera, septendecim & cætera. Quia manifesta compositio est. Colum: Nec uersus plures, quàm uigintiunus. Sic trigintaunus equites desiderari sunt.

Secunda regula. Vt minimus quisque numerus est, ita primum locum sibi uendicat infra centum & supra uiginti, intercedente copula: at supra centum & infra uiginti maior numerus præponitur: ut unus & uiginti, duo & quinquaginta. Sed decem & septem. Centum & uiginti. Cicero: Plato uno & octogesimo anno scribens est mortuus. Idem: Gorgias centum & septem compleuit annos.

Numeri species sunt quatuor: Numerus cardinalis, ordinalis, ponderalis, siue multiplicatiuus, & numerus distributiuus.

Cardinalis numerus.

Cardinalis numerus est principalis numerus, & quo cæteri oriuntur: ut unus, una, um. duo, duæ, duo, tres, tria, quatuor, quinque, sex, septem, octo, nouem, decem, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sexdecim, septendecim, octodecim, nouendecim, uiginti, uigintiunus &c. Triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, K ij septua-

DE SPECIEB.

septuaginta, octoginta: nunq̄ dices octuaginta: no-
naginta, centum, centum, & unum etc. bis centum,
ter centū &c. uel declinabiliter per compositionē,
ducenti, t̄a. ta. trecēti, quadringenti, quingēti, sexcē-
ti, septingenti, octingenti, nongenti uel noningen-
ti. Mille, mille & unus &c. bis mille, ter mille &c.
non autem duo centum, duo mille: quia duo adie-
ctiua inepte connectuntur.

At bene dicimus duo milia. Quia mille idem si-
gnificans, quod apud Græcos chalias, een dusent,
substantiuum est, declinatūque in ablatiuo sin-
gulari, ac toto plurali numero. Vide Macrobiū,
pluresq̄ alios.

In compositis à centum in omni specie numeri
post n, c mutatur in g, ut quadringenti: ubi etiam
t in d mutatur: quadringentesimus, quadringen-
teni, & cætera.

Ordinalis numerus.

Ordinalis numerus est, quo ordinem seriemq̄ re-
rum indicamus: ut primus, secundus, tertius, quar-
tus, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus, de-
cimus, undecimus, duodecimus, tertiusdecimus,
quartusdecimus &c. uel decimustertius, decimus-
quartus &c. uicesimus, uel uigesimus, uigesimus-
primus &c. Trigessimus, quadragessimus, quinquag-
essimus, sexagesimus, septuagesimus, octogessimus,
nonagesimus, cētesimus, ducentessimus, tricentesi-
mus, quadringentesimus, quingentesimus, sexcen-
tesimus, septingentesimus, octingentesimus, non-
gentesimus uel noningentesimus, millesimus. Hęc
nomi-

NUMERI.

nomina proprie significant è numero quopiam ultimum: ut decimus. i. è decem ultimus. Primus tamen excipitur, quia numeri principium est. Ouidiana Laodameia Protefilao:

Inter mille rates, tua sit millesima puppis.

Iamq; fatigatas ultima uerset aquas:

Millesima, id est, è mille ultima. Per sius:

Hoc satis: an deceat pulmonem rumpere uentis,

Stemmata quod Tuscoramum millesime ducis

id est, ultime è mille. Aliquando significant unum-

quemuis è tali numero. Sueton in Calig. Ducent-

simam actionem Italiae remisit. Sic, centesimam par-

tem bonorum patris assecutus sum. i. unam è cen-

tum. Tertio capitur pro cardinali hic numerus. Se-

neca in libro de ira. Iacebat conuiuia centesimus, id

est, iacebant centum conuiuia, teste Lanciloto. Quarto

significat bis tantum, ter tantum &c. ut Ager hic cente-

simum fructum attulit, id est, centies tantum, quantum

sementis acceperat. Georgius Valla notauit, in hoc

numero aliquando syncopam fieri: ut ducesimus,

trecesimus, quadringesimus, quingessimus, & cae-

tera, pro ducentesimus, trecentesimus, & caetera,

Liuius. XXIX. Anno quingesimo.

Multiplicatiuus numerus.

Multiplicatiuus numerus est, qui duplicationem,

aut multiplicationem rerum denotat: ut duplum, bis

tantum. Duplex, cui duae sunt partes. Centenarius

lapis. i. centum ponderum. Ergo multiplicatiuus nu-

merus est triplex: in plus, in plex, & in arius.

In plus, pla, plum sunt, simplicus, duplus, triplus,

K iij qua-

DE SPECIEB.

quadruplus, quintuplus, sextuplus, septuplus, octuplus, noncuplus, decuplus, undecuplus, duodecuplus, decuplustripulus & cætera, uigecuplus, trigecuplus, quadragecuplus, quinquagecuplus, sexagecuplus, septuagecuplus, octogecuplus, nonagecuplus, centuplus, ducentuplus, trecentuplus, quadringentuplus, quingentuplus, sexcentuplus, septingentuplus, octingentuplus, nongentuplus, millecuplus. Raro utimur his in masculino aut feminino genere, sapissime uero in neutro. Interrogatum horum grammatici dicunt esse quotuplum. Et significant semel tantum, bis tantum, &c.

In plex, ut simplex, duplex, triplex & cætera, eodem modo & præcedentia eunt, ponendo plex pro plus: & significant multiplicationem materiarum uel generum: ut uestis est duplex. Dictiones sunt octuplices. Aliquando capiuntur pro cardinali. Sueton. Testamentum duplex ante biennium fecerat, alterum sua, alterum liberti manu, id est, duo testamenta. Verg. Duplices tendens ad sidera palmas, id est, duas, uel ambas potius. Sic iunguntur carentibus plurali, ueluti duplex aurum.

In arius sic eunt. Vnarius, binarius, ternarius, quaternarius, quinquarius, senarius, septenarius, octonarius, nonarius, denarius, undenarius, duodenarius & cætera, uicenarius, tricenarius uel trigenarius, quadragenarius, quinquagenarius, sexagenarius, septuagenarius. Hæc significant numerum aliarum rerum, quæ non nominantur: ueluti lapidum centenarius, id est, centum librarum. Sic in alijs mensuratis; homo quadragenarius, id est, quadraginta

NVMERI.

ginta annorum: sic in reliquis ubi ætatem inquiremus. Grex centenarius, id est, centum capitum: sic in similibus. Centenarius numerus recte dicitur, quia numerus omnia complectitur. Non autem recte dices millenarium annum, sed millenarius numerus annorum.

Distributiuus uel diuiduus.

Distributiuus numerus est, qui pluribus aliquid diuidit, & per signum uniuersale declaratur, si pro prie sumas: ut dedi discipulis bina poma, id est, cuique discipulorum duo. Dedi ad Petrum & Paulum binas epistolas. i. ad utrumque duas. Hi numeri sic eunt. Singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, aut deniterni, &c. Viceni, uicenisinguli &c. Triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni, nonageni, centeni, ducenteni, trecenteni, quadringenteni, quingenteni, sexcenteni, septingenteni, octingenteni, noningenteni, uel nongenteni, milleni. A uiginti uiceni dicimus, à triginta triceni, g in c uersa. Composita à centum in hac specie possunt syncopari: ut deceni, trecenteni, quadringeni, quingeni, sexcenteni, septingeni, octingeni, nongeni: pro ducenteni & cætera. Raro utimur his numeralibus singulariter. Quandoque pro primitiuis utimur, etiam in singulari.

Vergilius:

Gurgite septeno rapidus mare submouet annis
id est, septem gurgitibus. Idem:

Per duodena regit mundum sol aureus astra

K

üj

id est,

DE SPECIEB.

id est, per duodecim astra. Numerus distributiuus necessario pro cardinali, singulari numero carentibus apponitur: ut binæ literæ, id est, duæ epistolæ: Terna arma &c. In his pluraliter uni, unæ, una, dicimus potius, quàm singuli: ut unę literæ, unę nuptiæ. Sal. Hi postquàm in una mœnia conuenerunt. Idem: Vbi unæ & alteræ schalæ comminutæ sunt. Valla tamen ait, recte dici, duos liberos, & tres liberos, quorum unus & cætera, quia intelligi solet filius. Non autem, ternas accepi literas, quarum unam &c. sed quarum unas & cætera. Litera pro epistola singulariter, poëticum est.

Ouidius.

Quam legis, à rapta Bryseide litera uenit.

Aduerbialis numerus.

Aduerbialis numerus est aduerbium numeri. Nec est distincta species, quia aliquando est numerus cardinalis: ut semel, bis, ter. Nonnunquàm ordinis: ut primo, secundo, tertio. Interim multiplicationem dicit: ut dupliciter, tripliciter. Aduerbia numeri sic eunt. Semel, bis, ter, quater, quinquies, sexties, septies, octies, nouies, decies, undecies, duodecies, tridecies, quatuordecies, quindecies, sexdecies, septemdecies, duodeuicies, undeuicies, uicies, uicies semel &c. Tricies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octogies, nonagies. Centies, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, sexcēties, septingēties, octingēties, noningēties, uel nōgenties, millies. In his nec añ uities, nec post centies

N V M E R I.

centies fit syncopa, in reliquis fit sæpissime: uicies pro uiginties, tricies, p triginties. At barbara sunt, uigesies, ceteresies, millesies &c. Interrogatiuū huius speciei est quoties sine n, teste Capro.

Duode. id est. duobus demptis. Vnde. id est. uno dempto: in compositione solum utimur, duntaxat supra decem, ubicunq; octonarius & nouenarius numerus est: idq; fit in omni specie numeri: ut duo deucies. id est. decies & octies. Vndeucies. id est. decies & nouies. Sic duodeuiginti, undeuiginti. Duodeuicesimus, undeuicesimus &c. Vndetriginta, duodequadraginta.

F I N I S.

DES ERASMI ROTE

rodami De ratione studij, ad Christianum Lubecensem epistola
parænetica,

CVM te incredibili quodam ardore literarū flagrare minime dubitarem, Christiane non uulgaris amice, hortatore nihil opus esse putavi, sed eius quam ingressus esses uix, duce modo ac tanquam indice. Id quod mei officij esse iudicavi, uidelicet ut tibi homini non modo multis modis copulatissimo, uerumetiam iucundissimo, uestigia, quibus ipse à puero essem ingressus, commostrarem. Quæ si tu pari cura accipies, atq; ego dicturus sum, futurum cōfido, ut neq; me monuisse, neq; te paruisse pœnituerit. Prima igitur cura sit,

K V ut præ-

ERAS. ROTERO.

ut præceptorem tibi deligas quàm eruditissimum. Neq; enim fieri potest, ut is recte quenquam erudiat, qui sit ipse ineruditus. Quem simul atq; nactus eris, fac modis omnibus efficias, ut ille patris in te, tu filij uicissim in illum induas affectum. Ad quod quidem cum ipsa honesti ratio nos debet ad hortari, quod non minus debeamus ijs, à quibus recte uiuendi rationem, quàm à quibus uiuendi initia sumpsimus: tum mutua ista beneuolentia tantum ad discendum habet momenti, ut frustra sis literarum præceptorem habiturus, nisi habueris & amicum. Deinde ut te illi & attentum, & assiduū præbeas. Contentione enim immodica nonnunquam obruuntur ingenia discantium. Assiduitas uero, & mediocritate sua perdurat, & quotidianis incrementis maiorem opinionem acerrimum accumulat. Satietae cum omnibus in rebus, tum in literis nihil perniciosius. Laxanda est igitur aliquoties illa literarum contentio, intermiscendi lusus, sed liberales, sed literis digni, & ab his non nimis abhorrentes. Imò medijs ipsis studijs perpetua quædam uoluptas est intermiscenda, ut ludum potius discendi, quàm laborem existimemus. Nihil enim perquam diu fieri potest, quod non agentem aliqua uoluptate remoretur. Optima quæque statim, ac primum disce. Extremæ est dementiæ, discere de discenda. Quod in curando stomacho solent præcipere medici, idem tibi in ingenijs seruandum putata. Caue ne aut noxio, aut immodico cibo ingenium obruas. utroq; enim iuxta offenditur. Ebrar dū, Catholicon, Brachilogū, cæterosq; id genus, q̄s
percen

R A T I O S T V D I I .

percēdere neq; possum, neq; operæ pretiū est, ijs re-
 linquito, q̄s barbariē immēso labore discere iuuat,
 Initio nō q̄ multa, sed q̄ bona percipias refert. Sed
 iā roēm accipe, qua possis nō solū rectius, sed etiam
 facilius discere. Hoc eīn in hoīe artifice præstare so-
 ler artis ratio, ut tantundē operis, quū recti^o expe-
 ditiusq; tū leuius etiā efficiat. Diē tibi in operas par-
 tire, id q̄d & à Plinio Se.ūdo, & à Pio Pontifice Ma-
 ximo uiris præstantissimis factitatū legimus. Pri-
 cipio q̄d caput est, præceptorē interpretantē nō at-
 tens modo, sed & audius auscultato. Non conten-
 tus impigre sequi differentē, aliquoties præuolare
 cōtende. Oīa illius dicta memoriæ p̄cipua etiā lite-
 ris mandabis, fidelissimis uocū custodibus. Quibus
 rursus ita cōfidas caue, ut diues ille ridicul^o apud Se-
 necam: qui sic aīn induxerat, ut se tenere crederet,
 quicquid seruorū quisquā meminisset. Noli cōmitte-
 re, ut codices habeas eruditos, ipse inerudit^o. Audi-
 ta ne effluāt, aut apud te, aut cū alijs retracta. Nec
 his cōtent^o, aliquā tēporis partē tacitæ cogitationi
 tribuere memēto: quā unā diuus Aurelius, tū inge-
 nio, tū memoriæ in primis conducere scripsit. Con-
 siliatio quoq; & tanq̄ palēstra ingeniorū, neruos
 animi præcipue tū ostendit, tū excitat, tū adauget.
 Nec sciscitari, si quid dubitabis, nec castigari, si quid
 errabis sit pudor. Nocturnas lucubratiōes atq; in-
 tēpestiua studia fugito: nā & ingeniū extinguit, &
 ualitudinē uehemēter offēdūt. Aurora Musis ami-
 ca est, apta studijs. Præsus, aut lude, aut deābula, aut
 hilarius confabulare. Quid q̄ inter ista quoq; stu-
 dijs locus esse potest. Cibi nō quantum libidini, sed

quan-

ERAS. ROTERO.

quantum ualetudini satis sit sumito. Sub cœnâ paulisper inambula, cœnatus idem facito: Sub somnum exquisiti quippiam, ac dignum memoria legito. De eo cogitatem sopor opprimat, id experrectus, à te ipso reposcas. Plinianum illud semper animo insideat tuo: Omne perire tempus, quod studio nō impertias. Cogita iuuenta nihil esse fugacius: quæ ubi auolarit semel, redit nunquam. Sed iam hortator esse incipio, indicem pollicitus. Tu suauissime Christiane, hanc formam, aut si quam poteris meliorem, sequere, ac bene uale.

Quis sit modus repetendæ lectionis.

Quibusdam prima, ac unica ferè cura est, statim ad uerbum ediscere: quod equidem non probo. Est enim tum magni laboris, tum fructus prope nulli⁹. Quorsum enim attinet, pfitaci more uerba non intellecta reddere? Comodiorem igitur uiam accipe: Lectionē quidem auditam continuo relege: ita, ut uniuersam sententiam paulo altius etiam animo infigas, deinde à calce rursus ad caput redibis, & singula uerba excutere incipies: ea duntaxat inquirens, quæ ad grāmaticā curam attinent. Videlicet, si quod uerbum obscurum, aut ancipitis deriuationis, si heteroclitæ coniugationis, quod supinum, quod præteritum faciat, quos habeat maiores, quos nepotes, quam constructionem, quid significet, & huiusmodi non nulla. Hoc ubi egeris, rursus de integro percurrito: ea iam potissimum inquirens, quæ ad artificium rhetor.

RATIO STUDII.

rhetoricum spectant. Si quid uenustius, si quid ele-
 gantius, si quid concinnius dictum uidebitur, anno-
 tabis indice, aut asterisco apposito. Verborum com-
 positionem inspicias, orationis decora scrutabere,
 auctoris consilium indagabis, qua quicque ratione
 dixerit. Vbi quid te delectauerit uehementius, ca-
 ue præter casam (quod aiunt) fugias. Fige pedem,
 ac abs te ipso rationem exige, quare tantopere sis
 ea ratione delectatus: cur non ex cæteris quoque
 parem ceperis uoluptatem. Inuenies te acumine,
 aut exornatione aliqua oratoria, aut compositio-
 nis harmonia: aut, ne omnia persequar, simili qua-
 dam causa commotum fuisse. Quod si aliquod
 adagium, si qua sententia, si quod prouerbiū ue-
 tus, si qua historia, si qua fabula, si qua similitudo
 non inepta, si quid breuiter, acute, aut alioqui inge-
 niose dictum esse uidebitur, id tanquam thesaurū
 quendam animo diligenter reponendum ducito
 ad usum, & ad imitationem. His diligenter curatis,
 ne pigeat quarto iterare. Nam hoc habent erudi-
 torum uirorum, summo ingenio, summis uigilijs
 elucubrata scripta, ut millies relecta, magis magis-
 que placeant, semperq; admiratori suo nouum mi-
 raculum ostendant. Id quod tibi in tabula tua sæpe
 numero, nec sine causa laudata, euenire solet, quod
 antea non animaduertisses. Idem tibi multo am-
 plius in bonis auctoribus eueniet. Releges igitur
 quarto, ac quæ ad philosophiã, maxime uero ethi-
 cen referri posse uideantur, circumspecies, si quod
 exemplum, quod moribus accommodari possit.
 Quid autem est, ex quo non uel exemplum uiuen-
 di, uel

ERAS. ROTERO.


di, uel imago quædam, uel occasio sumi queat? Nā
 in aliorū pulchre ac turpiter factis, quid deceat, qd
 non, iuxta uidemus. Hæc si facies, iā uel edidiceris,
 quanq̄ aliud egisti. Tum demum si libet, ad ediscen-
 di laborem accedito: qui tū aut nullus erit, aut cer-
 tē perq̄ exiguus. Quid deinde? Restat, ut cum stu-
 diosis congregiaris, tuas annotationes in medium
 proferas, uicissimq̄ illorū audias, alia laudabis, alia
 reprehendes: tua partim defendes, partim castiga-
 ri permittes. Postremo quod in alijs laudasti, tuis
 in scriptis imitari conaberis. Secreta studia à do-
 ctis laudantur: at ita, ut postea è latebris in hære-
 nam prodeamus, uiriumq̄ nostrarum periculum
 faciamus. Id quod sapientissime à Socrate est di-
 ctum. Experiamur utrum partus ingeniorum ui-
 tales sint, nimirum obstetricum industriam imita-
 ri. Quare alternatim utrisq̄ utetur, qui non uulga-
 riter uolet euadere doctus. Vale.

F I N I S.

Errata sic tolles,

Folio A 4. colū. 2. lin. 10. rego. A 8. 2. 14. Idem: Omnes.
 B 4. 2. 5. conformatur. B 8. 2. 18. uir.
 C 3. 2. 10. premouendis. C 5. 1. 26. haud.
 C 7. 2. 23. ergo. & linea 28. habes.
 D 3. 2. 3. immundam. D 5. 1. 14. ipsi. col. 2. 29. partitiui.
 D 8. 1. 10. uerbum. genitiuum. & col. 2. 8. at.
 E 2. 1. 15. rarum. E 3. 1. 19. te. E 4. 2. 23. nominatiuis.
 E 8. 1. 30. assidue. F 2. 1. 21. cætera. F 3. 2. 23. abesse.
 F 7. 1. 14. non, pro nos. G 5. 1. 7. aut contrariotum.
 G 5. 2. 16. parere. G. 6. 2. 10. iunguntur.
 H 2. 1. 24. atq̄ iuuat,

THE HISTORY OF THE



THE HISTORY OF THE

OF THE

ΚΑΣΙΓΝΗΤΑΙ, ΤΕ ΒΑΘΡΩΝ

ΠΛΟΥΤΟΥ, ΧΡΥΣΕΙ ΠΑΙΔΕΣ ΕΥΘΥΛΟΥ ΘΕΜΙΤΟΣ.



ΠΟΛΙΩΝ ΑΣΦΑΛΗΣ ΔΙΚΑ, ΚΑΙ ΟΜΟΤΡΟ-

ΜΟΣ ΕΙΡΑΝΑ, ΤΑΜΙΑΙ ΑΝΔΡΑΣ